DARPE.

De verborum apud Thucydidem collocatione.

DE

VERBORUM APUD THUCYDIDEM COLLOCATIONE

DISSERTATIO PHILOLOGICA INAUGURALIS

SCRIPSIT

Dr. FRANCISCUS DARPE

SEMIN. PHILOL. MONAST. SENIOR.

WARENDORPII

SUMPTIBUS J. SCHNELLII.

MDCCCLXV.

INDEX

A. capitum.

Pag.

I. De causis insolentioris verborum apud Thuc. collocationis . . . 3
II. De critica ratione, quae in diiudicanda Thucydidis verborum collocatione adhibenda videatur . . . 7
III. Capita quaedam universae verborum apud Thuc. collocationis . . . 10
IV. Singulorum deinceps verborum generum collocatio exponitur . . . 18
1. De articulo . . . 18
2. De nomine substantivo eiusque attributis, quae vocantur . . . 24
3. De pronominibus . . . 31
4. De numeralibus . . . 42
5. De verbis . . . 42
6. De adverbiis . . . 46
7. De praepositionibus . . . 52
8. De coniunctionibus . . . 56
9. De singulis particulis . . . 62
a. De ἅμα, ἄν, μέντοι-γε et καίτοι-γε . . . 62
b. De γάρ particula . . . 63
c. De ἤ-ἤ et οὔτε-οὔτε . . . 65
d. De μέν et δέ . . . 67
e. De καί particula . . . 70
f. De τέ particula . . . 76
g. De negandi particulis . . . 88
V. De maiorum orationis partium collocatione . . . 94

In omnibus fere, quae ad Thucydidis elocutionem pertinent, rebus accuratius perpendendis et denotandis quum multi viri docti hucusque studium iam collocaverint, universa tamen verborum collocatio, licet ad singulas res eo pertinentes dudum iam interpretes inde a Stephano animum adverterint, in libris de elocutione Thucydidis scriptis parum accurate tractata est. Atqui quanti momenti sit illa in recte intelligendo historicorum Graecorum principe et critici munere in eum iuste exercendo, haud quemquam effugerit, qui quidem in accurato Thucydidis studio versatus est; quin etiam in scriptore obscuro et ambiguo explicando saepe unum solumque, quo refugiat interpres, auxilium praebet.

Ex recentioribus Poppo complura contulit in Prolegg. I. 1. p. 299 seq.;[1]) sunt vero nonnisi rudimenta. Praeterea singula congesserunt sparsim in notis et alii (Bauerus, Haackius etc.) et Kruegerus acutissimus. Omnes tamen praeter Popponem ἐν παρέργῳ magis hanc rem tetigere. Ipse autem Poppo alia perverse affert, ex allatisque alia minus recte diiudicat, alia denique prorsus omisit. Quae praeterea exstat de hac materia commentatio praeclara Braunii Prof.: „De collocatione verborum apud Thucyd. observationes" inscripta, Progr. Gymnas. Braunsberg. a. $186^0/_1$, in nostram quidem rem non multum confert. Namque tractat scriptor non tam peculiarem Thucydidis, quam communem Graecis verborum collocationem, Thucydide teste usus; quare obiter tantum verba facit de traiectionibus apud Thucydidem occurrentibus, quas ipsas equidem disquisiturus sum. Atque singula quod attinet, de genitivi tantum et adiectivi attributiva, quam vocant, collocatione comparatis mancis grammaticorum de illa regulis uberius disseruit, cetera in aliud tempus differens. Sequitur, ut ad continuos locos graviores enodandos non assurgat. — Denique afferendus mihi est Classenius, qui nonnulla, sed perpauca, de nostra materia disputavit in Prolegg. p. LXXVII. sq.

Quodsi his de causis equidem animum induxi, de illa materia fusius disputare, haud ignoro difficultates, quae mihi obiiciuntur,

[1]) Cf. ed. min. Vol. IV. Sect. III. p. 95 sq.

quum in Thucydide ambiguo de permultis rebus in diversas partes possit disceptari, ideoque lubrica et ardua me petere video,[1]) sed id ipsum mihi spem iniicit, si quem locum minus recte respexisse visus fuerim, eo benevolentiores me inventurum lectores.

Priusquam vero rem ipsam aggrediar, necesse est paucis me proponere ordinem, qui in tractanda materia tenendus videatur.

Ut historici est, res proponere propositasque, quantum potest fieri, suis ex causis illustrare, ita grammatici summum est, non afferre tantummodo quasdam linguae proprietates, sed, allatae quibus causis nitantur, inquirere. Inde et, quo nexu singula cohaereant, et, omnia qua ratione consideranda sint, elucet, simulque hoc demum, ut intrare studeamus in arcanam linguae officinam, cuivis grammaticae materiae, etsi cui vilis et sterilis appareat, sicut nostra, spiritum vitamque indit comprobato illo:

Der Buchstabe tödtet; nur der Geist gibt Leben.

Quare quum in singulis causas investigabo, tum totius dissertationis initium faciam proferendis causis, quibus ductus insolentem verborum collocationem Thucydides elegisse videatur. Deinde de critica ratione, quae adhibenda sit, disseram, quia summi illa est momenti et propria in hac materia. Tum ad rem ipsam transibo ita eam tractans, ut quum duae in universum sint rationes considerandi, generalis scilicet et rhetorica, quae maxime respicit ad totam scriptoris componendorum verborum artem (periodorum compositionem etc.) atque specialis, quae dicitur, magisque grammatica, quae intenta est singulis rebus in collocatione verborum a communi scriptorum usu discrepantibus et Thucydidi maxime propriis, illius primum capita quaedam proponam ac deinde ad alteram me convertam, singula accuratius afferens et diiudicans.

---

[1]) Idem profitetur Braun. l. c. p. 4 dicens: . . . . collocationi verborum Thucydideae observandae explorandaeque potissimum animum adiicere statui, ut, si fieri posset, certas quasdam firmasque leges, quibus in verbis inter se consociandis ille usus esset, mihi indagarem indagatasque componerem. Sed semel atque iterum ab „exquisitis Thucydidis et obscuris abditisque sententiis" excutiendis idem abii qui veneram. Quoties enim constantem quendam usum deprehendisse mihi visus fueram, toties rursus, quum alias sententias diversum in modum conformatas legissem, in errorem me abductum esse sentiebam.

I.

De causis insolentioris verborum apud Thucydidem collocationis.

§. 1.

Praecipua causa, qua, ut peculiarem et insolentiorem verborum collocationem eligeret, Thucydidem par est permotum esse, sine dubio est historica.

Historici summum est, facta dictis exaequare. Cf. Sallust. Catil. III. Quod praeceptum quum recentiores rerum scriptores plerumque ea tantum ratione sibi sequendum arbitrentur, ut sententiis, quae facta sunt, exprimant neque a veritate recedant, summi veteres uberiore sensu adhibuerunt ita quidem, ut non solis poëtis orationis formam respiciendam relinquerent, sed et formae et sententiarum ex ratione facta dictis exaequare studerent. Maxime autem Thucydides hoc summi historici munus omni ex parte amplexus est.

Non ut Herodotus molli dulci garruloque sermone per amoenum delectationis campum conducit lectorem,[1]) sed severo plerumque et aspero sermone usus non delectare singulos eiusmodi rebus allectos, sed prodesse vult omnibus: cf. Prooem. c. 22. Atque omnino ex re hoc fecit. Etenim non per prata et flores fert eius via, sed per caedem et stragem. Quum Herodotus opere suo Graeciae magnitudinem ex bellis Persicis profectam celebrans ubere sermone atque vel ipsa Ionica dialecto commode utatur, Thucydides contra funestissimam cladem, ad quam ex flore illo patria temere descendit, literis exaravit ita, ut tragicam illam materiam cothurno ipse indutus proponeret, imaginem atrocis calamitatis atris acribusque coloribus expingeret, ac grande monumentum, idque aere perennius, patriae interitui literis ponens dignissimam in Graeciae magnitudinis sepulcro coronam deponeret. Iam veteres gravem, sublimem, asperum eius sermonem

---

[1]) Cf. Dion. Hal. p. 777 Reisk.

creta vel carbone, prout unicuique placebat, denotarunt. Ita Dion. Hal. p. 881 ei tribuit *τὴν μεγαληγορίαν καὶ τὴν δεινότητα*, p. 777 *κάλλος φοβερόν* et p. 793 colores Thucydidei sermonis affert *τό τε στρυφνὸν καὶ τὸ πικρὸν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ αὐστηρὸν καὶ τὸ ἐμβριθὲς καὶ τὸ δεινὸν καὶ τὸ φοβερόν*. Marcell. vit. Thuc. §. 39 eius exhibet *τὸν ὑψηλόν χαρακτῆρα, ὡς ... μεγέθει πρέποντα τοῦ τοσούτου πολέμου*. Cf. §. 50, 51, 53. Quare eum *ἐπιτραγῳδεῖν* Dionys. p. 883 dicit, Pindarique aemulatorem vocat Marcell. §. 35, iureque ex recentioribus Krueg. praef. ad historiograph. Dion. Hal. p. XXXV eum historicorum Aeschylum appellat. cf. Cic. orat. 12, de orat. II. 13. Quintl. X, 1 73.

Atque vero posita est aspera illa sublimitas primum in dialecto qua utitur vetere Attica duriore, cuius vel *κανόνα* eius sermonem appellat Schol. ad I. 30. cf. Creuzer. Ars histor. Gr. p. 193, tum in obsoletorum vocabulorum studio cf. Krueg. l. c. p. XI seq., deinde nonullarum figurarum, ut metonymiae, prosopopoeiae etc. (cf. Poppo Proleg. c. XX 5) usu, deinde inusitata verborum collocatione. cf. Heilm. de serm. Thuc. p. 163. Poppo l. 1. p. 297 seq.

Hanc quippe normam summopere vel in collocandis verbis retinet, ut vulgaria spernens remotiora petat, quo asperum asperiorem reddat sermonem. Sic parentheses suis de locis movet atque vel adiungit, quae eis non erant inserenda, tum anacolutha, quae vocant, relinquens coeptam structuram admittit ac denique commiscet aliena alienis prorsusque turbat ordinem verborum, plerumque non rectum tenens cursum, sed obliqua procedens via, non plana adamans, sed obscura. Quibus rebus quis est, quin videat, eum uti quasi vehiculo, quo efferatur sermo ad eam indolem, quam solam aptam esse censet materiae tractandae asperitati et gravitati. Quemadmodum ipse in prooemio profitetur, res se conscribere magnitudine adhuc inaudita, ita in dicendo quoque vulgaris sermonis regulis se teneri et coërceri non patitur, verum inaudita cum libertate vel in verborum collocatione ad insolentiora assurgit, haud dissimilis fluvio ripas utrimque inundanti.

Interdum tamen, ut I. 89—118, I. 126. II. 29 etc. toto sermone eum descendere ad vulgarem rationem atque vel dulcedine delectare, iam veteres grammaticos haud effugit (cf. Hermog. *περὶ ἰδεῶν*, II. fin.; Schol. ad I. 126), iisque locis risisse leonem

dicunt[1]) cf. Poppo l. 1. p. 295. Sed hoc ipsum quum nisi in narrandis fabulis rebusque amoenioribus non animadverteris, ex eadem ratione profluere apparet, quae ceteris locis movit insolentias.

Quodsi tali modo Thucydidis verborum collocationem intuemur, illa, primo obtutu horrida, summa admiratione digna est, quum, quot continet insolentias, tot scriptori praestiterit adiumenta in expingenda rerum descriptarum imagine.

§. 2.

Neque vero historica solum ratio Thucydidem movit in verbis collocandis, sed accedit rhetorica, quae, quum aut sensus gratia, sive logica ratione ductus aut numeri causa sive musica commotus ratione usitatum verborum ordinem scriptor possit relinquere, est duplex.

Illud primum quod attinet, Antiphontis clarissimi scholis instructus eiusque dicendi sublimi *δεινότητι* inflammatus (cf. Marcell. §. 22) Thucydides, semper sibi instans (Quintil. X. 1) verborumque numerum sententiarum numero consequi studens (Cic. de orat. II. 13) eandem appetit, atque magister, sermonis vim. Porro philosophiae, eiusque Anaxagoreae subtilissimae studium (cf. Marcell. l. c.) sophistarumque, Gorgiae maxime, luculentum exemplum[2]) eo magis eum adduxisse videtur, ut quum totarum sententiarum, tum singulorum verborum accuratam rationem haberet. Illud quidem in conformi orationis membrorum compositione (*συμμετρίᾳ*), antithetisque,[3]) quae vocant, hoc in verbis quibus ex sententia vis inest, etiam collocatione elatis apparet.

Etenim operam dans, ut, quod orator voce solet declamans extollere, id ipsum scribens denotet collocatione, non dubitat rescindere ea, quae natura coniuncta sunt, ac separare adiectivum

---

[1]) *Τοῦ διηγήματος τοῦ κατὰ τὸν Κύλωνα τ`ν σαφήνειάν τινες θαυμάσαντες εἶπον, ὅτι Λέων ἐγέλασεν ἐνταῦθα λέγοντες περὶ Θουκυδίδου.* Schol. l. c.

[2]) Cf. Dion. Hal. de Thuc. iud. p. 869; iud. de Lys. p. 456 seq.; Marcell. §. 36.

[3]) C. O. Mueller hist. lit. Gr. II. p. 364: Gemeinsam mit dem ganzen Zeitalter ist ihm die in den Reden herrschende symmetrische Architektonik der Rede, dies Spalten und Gegenüberstellen der Begriffe, dies Vergleichen und Unterscheiden, dies Herüber- und Hinüberblicken, wodurch eine eigene wiegende Bewegung in Geist und Rede kommt.

a substantivo, appositionem a nomine, genitivum a casu, porroque suo de loco movere praepositiones, adverbia, coniunctiones, particulas. Atque vero tam accuratus est in hisce rebus, ut Kruegerus compluribus locis verba, quae, licet insit vis, in loco insigni non posita sunt,[1]) iure sibi videatur aut reiicere, aut aliter, ac vulgo fit, explicare (cf. Krueg. ad I. 2, 3), altera vero ex parte tam temerarius est et audax, ut pluries dubites, utrum statuas insolentem usum, an medicinam loco quaeras.

Haud minoris denique momenti in Thucydidis verborum collocatione est numeri ratio. Iam ex rhetoricae studio, ut numeros respiceret, adduci scriptor debebat, maximeque in orationibus conspicuum est eius numerose cadentis sermonis studium. Praeclarissima autem omnium orationum, quas historiae suae imagini intexuit, quum sit oratio luculenta funebris, qua Olympius orator patriae laudes celebrat gloriamque effert tragico more eo ipso tempore, quo iamiam pestilentia pestisque belli funesta stragem ruinamque allatura est, in ea etiam summa numerorum elegantia elucet, ita ut Dionys. Hal. partem eius accuratius examinans p. 113 numerorum *μεγαλοπρεπές, σεμνόν, εὐγενές* laudet. Idem in universum de Thucydidis numeris dicit l. c. *εἰκότως ὑψηλὸς εἶναι δοκεῖ καὶ καλλιεπὴς παὶ εὐγενὴς ὡς ἐκλέγων τοὺς ῥυθμούς,* quod iudicium eo maioris momenti est, tum quod Dionysius ingeniosus est earum rerum iudex neque alioquin favet partibus Thucydidis, tum quod (cf. Poppo I. 1. p. 298) nos quidem tam parum gnari sumus verae Graecorum pronunciationis, ut veteris critici testimonium maxime in his rebus valeat. Consentiens cum Dionysio Demetrius de elocut. §. 40 dicit: *σχεδὸν ὅλως τὸ μεγαλοπρεπὲς ἐν πᾶσιν αὐτῷ ποιεῖ ἡ τοῦ ῥύθμου μακρότης καὶ κινδυνεύει τῷ ἀνδρὶ τούτῳ παντοδαποῦ ὄντος τοῦ μεγαλοπρεποῦς αὕτη ἡ σύνθεσις μόνη, ἢ καὶ μάλιστα περιποιεῖν τὸ μέγεθος.*[2])

Quum igitur Thucydides, ut numerus orationis pulchre deflueret, operam dederit, sive[3]) merum ingenium subest (Cic. orat. 65) sive studium (cf. Quintil. instit. or. IX. 4, 16) numerus autem in syllabarum apta vicissitudine positus sit, in collocandis verbis

---

[1]) Contrarium occurrit I 87, 1 cf. Krueg. ad h. l.

[2]) Vulgo legitur *μέγιστον*, quod tamen mihi quoque videtur depravatum esse.

[3]) Cf. Krueg. praef. ad Dionys. p. XXXVIII. seq.

quin numeri quoque ratio Thucydidem moverit, haud cuiquam potest esse dubium. Attamen respiciamus opus est, historica ratione hanc inferiorem esse et plerumque non praevalere nisi in orationibus. Itaque non mirum est, modo, ubi obstat illa, dura *κακόφωνα*[1]) scriptorem petere, modo pulcherrimorum numerorum quasi flumen effundere.

II.

De critica ratione, quae in diiudicanda Thucydidis verborum collocatione adhibenda videatur.

§. 3.

Iam veteres critici et interpretes Thucydidi et in universum et singulis locis obiecerunt collocationis verborum insolentias. Ita Dion. Hal. p. 165 sq. queritur, *ὅτι οὐκ ἔχει λείας οὐδὲ συνεξεσμένας τὰς ἁρμονίας, ἀλλὰ πολὺ τὸ ἀντίτυπον καὶ τραχὺ καὶ στρυφνόν κ. τ. λ.*, arguitque eum *πεπλεγμένης πολυπλόκου, σκολιᾶς λέξεως*, atque ipse traiectionis, sed levissimae, exemplum ex Thucydide primus protulit p. 891. Hermogenes de ideis lib. II. fin. *τὸ τραχύτερον καὶ τὸ σκληρότερον* ei proprium esse dicit. Cf. Demetr. de eloc. §. 48, 72, 181. Alii traiectionibus eum gaudere adnotarunt. Ita Marcell. l. c. §. 50 dicit: *τὸ δὲ τῆς συνθέσεως τραχύτητος ὂν μεστὸν καὶ ἐμβριθὲς καὶ ὑπερβατικόν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀσαφές.* et §. 56 *ἔστι δὲ — ἐμβριθὴς τὴν φράσιν, ἀσαφὴς τὴν διάνοιαν διὰ τὸ ὑπερβατοῖς χαίρειν.* cf. Theo. Progymn. I. p. 188 ed. Rhet. Walz. Longin. de sublimi §. 22.[2]) Denique scholiastae compluribus locis adnotarunt, vulgarem collocationem relictam esse, additoque *τὸ ἑξῆς* ipsi usitatum ordinem adscripserunt.

Quae quum ita sint, perverse iudicant ii, qui librariorum vitiis, quae in Thucydide occurrunt traiectiones imputandas esse censent. Etenim eiusmodi rationem criticam in universum lubricam et temerariam esse, docuit Hermannus in diss. de emendationibus per transpos. verborum (opusc. III. p. 98 seq.), iure suo invehens

[1]) Huc pertinent formae *ἐπεξενεγκάμενοι* (III. 53), *ἀπετετέλεστο* (IV. 90), *ἐπεξέπλεον* (VII. 37), *ἐπεγεγένητο* etc.

[2]) Cf. Poppo l. c.

in Porsonum eiusque Euripidis emendandi rationem. Quodsi vero vel Thucydidem quis sic velit tractare, primum haud scio an valde irascatur gravis historiae eius Musa, deinde obstant clara illa veterum testimonia atque codicum Thucydidis omnium auctoritas. Maxime in Thucydide traiectiones non delendae, sed agnoscendae atque denotandae sunt, et quum omnino vera sunt, tum in Thucydidem quadrant verba D'orvill. ad Charit. p. 322: Multa in scriptoribus „evidenter a scribis confusa et male locata esse extra dubium est positum; verum caute in his procedendum esse aio et auctoribus suo more scribere permittendum."

Quae quum in universum valeant, summa tamen difficultas est in singulis. Thucydides quippe eandem, quam omnes antiquitatis libri, expertus sortem, ut scribarum assidua negligentia vel fortuito errore vel ineptis coniecturis, ludi magistrorum et scholiastarum glossematis postea in textum intrusis depravaretur, etiam ad collocationem verborum quod attinet, corruptelas non uno loco potest continere. Cuius corruptelae quum quatuor in universum causas proferat Hermann. l. c., primam scilicet libri, unde quid describitur vitium, sive eius foliorum ordo perturbatus est, sive, quae in disiectis chartis scripta erant, continuata sunt, porroque scribae consilium, negligentiam, errorem: in Thucydide duae potissimum valent. Nam quia plures sunt bonae notae codicum familiae, facile cognosci potest prima illa, quam Hermannus protulit, corruptelae causa, itaque minoris est momenti; scribae autem consilio vix traiectiones in Thucydidem irrepserunt, quoniam scribam id tantum egisse par est, ut planam et perspicuam redderet sententiam, non vero, ut confunderet magisque etiam implicaret. Immo id ipsum, quod in eiusmodi perverso emendandi studio scribae constanter omnes retinuerunt tot, quae occurrunt, traiectiones, argumentum esse potest, has saltem, quae exstant, a scriptore ipso profectas esse, quum aliae per scribas evanuerint. Restat igitur, ut negligentia et errore scribae genuina verborum series perturbata esse possit.

Iam vero, si quo loco communem scriptorum collocandi rationem in Thucydide prorsus relictam videmus, quaeritur, utrum ex illis scribarum vitiis, an ex ipsius scriptoris traiectionum studio ortum sit, sive, utrum transponendi medicina opus sit, necne. Qua in re fateor, ex recentioribus interpretibus Kruegerum —

quod est commune ingeniosorum criticorum vitium, ut speciosiora potius, quam veriora proferant — interdum temerarium in transponendo, Popponem nimis anxium atque suspensum inter retinendum mutandumque mihi videri. Ille, ubi insolentior occurrit traiectio, emendavit, idque eo maiore iure sibi videtur facere, dum unius saltem codicis auctoritatem suas in partes trahere possit. Sed quae tunc traiiciendi in Thucydide proprietas, si ad communem grammaticam normam eius traiectiones revocamus? Quodsi in dialecto singulisque vocibus formandis propriam scriptor sequitur rationem, neque tamen reiicimus vetustas vel insolentiores Atticis formas, nonne idem in collocatione tenendum? Profecto „non sumus ii, qui veteres auctores in ordinem redigamus et nostro more, non suo libitu loqui cogamus.“ D'orvill. l. c. p. 321.

Porro vero unius alteriusve codicis auctoritas maxime labefactatur scribarum illo insolentiora in planiora commutandi studio, quod ipsum, si quid video, in tali codicis unius discrepantia conspicuum est. Alia sane res est libro septimo potissimum et octavo, ubi solus codex Vaticanus optimus plerumque sequendus mihi quoque videtur, quippe cuius lectiones omnino maximam genuinae scripturae indolem prae se ferant.

Atque vero Popponem quod attinet, multo cautior est in transponendo satisque tenax codicum auctoritatis, ita ut criticae eius rationi magis assentiendum, quamquam non semper in singulis cum eo faciendum videatur.

Quodsi iam certam, quam equidem tenebo, iudicandi rationem proferre licet, quaestionem illam, utrum scribae vitio an ex scriptoris ingenio traiectio aliqua profluxerit, ita solvendam puto, ut, ubi altera ex causis insolentioris collocationis supra allatis (§. 1 et 2) appareat, Thucydidis indoli imputem, neque quidquam mutem.

Rhetoricam certe causam, ubi subest, facile deteges. Itaque quotquot traiectiones nituntur ex. gr. studio vocem aliquam extollendi, orationem anaphora etc. exornandi retinendae sunt, neque aliud est nostri muneris, atque eas denotandi denotatasque suis ex causis illustrandi.

Difficilius autem est diiudicatu singulis locis, num forte, si rhetorica ratio deest, historica moverit insolentiam. Etenim quum haec generalis sit, neque tantopere ad singula spectet, quantopere illa, ac praeterea pro arbitrio scriptoris adhibeatur, non vero

certis normis definiatur, plerumque[1]) eam subesse, certo quidem affirmari nequit. Itaque verisimilia certe petere par est. Qua in re consideranda est indoles rerum, quae narrantur, num omnino in hac operis parte oratio molli tenore defluat, necne. Deinde vix opus est moneam, codicum consensum haud parvi esse aestimandum. Consulendus denique Laur. Valla et maxime scholiastae, quorum summa est in rebus criticis auctoritas. Qui si omnes consentiant, vix traiectionem delere equidem ausim, nisi eam statuere prorsus absurdum. Atque vero ex natura historicae, quam dixi, rationis apparet, non opus esse, ut quodvis hyperbaton similibus locis confirmetur, id quod Kruegerus videtur exigere, delens plerumque traiectiones, nisi sic comprobatae sunt. Minime autem inde, quod in ceteris Atticis scriptoribus aliqua traiectio non occurrit, sequitur, ut iure etiam ex Thucydide removeatur, quia suam hic sequitur regulam, non communem. Quodsi vero in ceteris similia inveneris, eo minus ex Thucydide removebis. Maxime autem argumenti instar sunt exempla ex ipso Thucydide vel eius imitatoribus petita.

Hacce via usus haud scio an recte inquiras in originem traiectionum et, ni certo, tamen ad maximam veri speciem scribarum vitia a scriptoris indole discernas.

III.

Capita quaedam universae verborum apud Thucydidem collocationis.

§. 4.

Dissentiens a Quintil. instit. or. IX. 4, 18 hancce historicae orationis legem proponit Cicero Orat. 62: In historia et in eo, quod appellamus *ἐπιδεικτικόν*, placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis. Neque alia fere de hac re est Dion. Hal. sententia; cf. Krueg. praef. ad Dion. p. XXXIII. et locos Dion. ibi laudatos. At prorsus contrariam regulam Thucydides

[1]) Cf. tamen §. 4 et 5.

opere suo secutus est. Etenim neque Ionum, qui ante eum historiam tractaverant, levem, solutam atque a periodis bene compositis alienam dicendi rationem imitatus, neque exquisitas artificioseque in orbe inclusas periodos, qualibus post eum summi Graecorum oratores eminuerunt atque Cicero laetabatur, appetens, Thucydides pro tempore, quo vixit, adamat quidem longiores orationis ambitus, eos tamen, in quibus singula non circumscripta, sed soluta appareant, ita ut apte eos describat C. O. Mueller. hist. lit. Gr. II. p. 364 hisce: diese Massen erscheinen noch nicht als wohlgegliederte, leicht bewegliche, schnell und gewandt einhertrabende Körper, sondern mehr als Conglomerate, in denen die Anziehungskraft eines Hauptgedankens eine Menge Nebengedanken herangezogen und neben sich aufgeschichtet hat, et Dissenus ad Demosth. de cor. p. XXX. dicens: Genus periodorum Thucydideum non est mobile nec citum et incitatum, sed tranquillum, tardum, grave atque ita convenit egregie gravitati huius historiae et omnino tranquilliori animo priorum Atheniensium non convenit vero posteriori forensi generi dicendi. Cf. Bernhardt: Begriff und Grundform der griech. Periode. Wiesbaden 1854. Dr. A. Lange: De periodorum Thucydidearum structura. Progr. Gymn. Frieder. Vratislav. 1863.

Inde explicandus est notus ille usus participium alteri subiungendum per *καὶ* vel *τε καί*, ut par, adiungendi, de quo cf. Poppo. et Krueg. ad I. 1, (*ἐλπίσας*), aliaque permulta, in quibus soluta apparet oratio, ut iis exemplis, ubi enunciato relativo alia liberius adnectuntur cf. I. 106: *ἔς του χωρίον ἰδιώτου, ᾧ ἔτυχεν ὄρυγμα μέγα περιεῖργον καὶ οὐκ ἦν ἔξοδος* ubi concinne diceretur *ἐξ οὗ, ἐπεὶ ἔτυχεν — περιεῖργον, οὐκ ἦν ἔξοδος.* (cf. IV 89, 2 [1][1]); VI 10, 1 [2].)

Atque vero quum duo potissimum periodorum compositionis sint genera, „primum, ubi statim, ipsae prodeunt sententiae, deinde evolvuntur et explicantur disertius posterioribus membris loci; alterum, ubi suspenditur sensus praemissa varia praeparatione et in fine demum prodit summa sententia" (Dissen. l. c.

[1]) Dolendum est, diversam interpretes sequi paragraphorum definiendarum rationem. Equidem in sequentibus ex Kruegeri editione, ubi non tam, quam in Popponis, singulae impares sunt, eas afferam, sed Popponis, ubi distant, uncis inclusas addam.

p. XXV.), quorum illius lex est analysis, huius synthesis, unde apte illam descendentem, hanc ascendentem periodum vocat O. Mueller. l. c., Thucydidi quidem solennis illius est usus. Luculentum exemplum est prooemium, statim ab initio, ubi primaria sententia proponitur, per causas progrediens (cf. Dion. Hal. de compos. verb. p. 334 seq. illius periodi compositionem accuratius disquirentem) porroque totum opus abundat locis, ubi in narrando primaria res anteponitur ac deinde, quae eam moverint vel ei illustrandae inserviant, adiunguntur sequentibus membris aut etiam novis enunciatis.[1]) Inde intelligas frequentem usum particulae *γάρ* et copiam parenthesium per illam inductarum (I. 26, 2 [3], 104. 2, 116. 1, 132. 1, 137. 3, etc., ut IV 36. 3, V 17. 3, [2].), quae totidem sunt solutae eiusque ad causas descendentis orationis documenta. Atque vero in parenthesi, praeterea quod res, quae coniunctione etc. subiungi poterant toti enunciato, asseruntur, ipsa oratio, postea rursus excipienda, maxime interrumpitur et dirimitur, unde vel anacolutha oriuntur.

Neque vero orationis ambitus a minoribus ad maiora, a causis ad effectum ascendentes desunt in Thucyd.; cf. I. 2, (cf. Dion. Hal. p. 872 seq.) I. 58. IV. 73, 74. cf. O. Muell. l. c. Sed recte Dissenus l. c. „Nec colorem mutant totius operis intermixtae aliis et sunt omnino initia tantum artis postea demum excultae et perfectae.“

Suo igitur iure Demetrius de eloc. §. 12. *διῃρημένῃ λέξει, σεσωρευμένοις καὶ ἐπεῤῥιμμένοις κώλοις* Thucydidem uti dicit, neque a vero aberrat, quod Cicero Orat. 71: „In Thucydide,“ inquit, „orbem modo orationis desidero.“

Quam indolem quum vel periodi ostendant, cetera aperte solutae orationis speciem prae se ferunt. Saepius quippe singulis enunciatis expressa sunt, quae per relativa, participia, coniunctiones ad unum enunciatum conglutinata esse malis, quo magis primaria res in lucem prodeat. Cf. I. 102. II. 79. III. 88. 2 et Popp. ad h. l.

§. 5.

Iam vero de totis enunciatis ad singula verba nos convertamus. Quam supra exhibui in Thucydidis dicendi ratione legem

---

[1]) Cf. I. 25. 3 etc.

diruptae orationis, eam singulorum potissimum verborum collocationem confirmare, infra, ubi singula tractanda erunt, luce clarius patebit; nunc capita quaedam, quae et generalioris naturae sunt et rem maxime illustrant, attulisse sufficiat.

Adamat omnino Thucydides, vocem ad duas res simul spectantem primae statim adiicere, atque, etiamsi in alteram rem minus quadret, *ζεῦγμα* inferens similem addere omittit. Hoc maxime ex scriptoris breviloquentia profluxit, sed in utroque alterum membrum quasi a connexu diruptum apparet, recteque animadvertit Dionys. p. 869; Thucydidem *ἔτι προσδεχόμενόν τι τὸν ἀκροατὴν ἀκούσεσθαι καταλιπεῖν*.

Ita attributa, quae vocant, ad plura nomina pertinentia per *καί* iuncta, primo soli adiecit: I. 86. 2 [3] *χρήματα . . . πολλὰ καὶ νῆες καὶ ἵπποι*, ubi sententia quidem „aliis praesto est copia pecuniae, navium, equorum" suadet, ut ad *νῆες* quoque et *ἵπποι* „*πολλά*" referamus. 91. 4[7]. *ὁμοῖόν τι ἢ ἴσον*. 93. 1[2]. *πολλαί τε στῆλαι . . . καὶ λίθοι*. 128. 3 [5]. *βασιλέως προσήκοντές τινες καὶ ξυγγενεῖς*. II. 9. 1. *παρασκευῇ . . τοιαύτῃ καὶ γνώμῃ*. 9. 3 [6]. *ξυμμαχία μὲν αὕτη ἑκατέρων καὶ παρασκευή*. (Etenim ne *αὕτη* pro praedicato accipias h. l., vetat eius collocatio.) 13. 4. *χρυσίου ἀσήμου καὶ ἀργυρίου*, ubi etiam opposita in antecedentibus *ἀργυρίου ἐπισήμου* monstrant, ad utrumque nomen adiectivum pertinere. 49. 3 [5]. *φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσιν*. 64. 3. *πλεῖστα σώματα καὶ πόνους*. VI. 12. 1. *ἀπὸ νόσου μεγάλης καὶ πολέμου*. 49. 3 [4]. *οὔτε πλοῦν πολὺν οὔτε ὁδόν*.[1])

Contra ubi idem nomen subest pluribus attributis per *καί* connexis, ad primum tantum additur nomen. cf. I. 18. 1. *οἵ τε Ἀθηναίων τύραννοι καὶ οἱ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος*. 18. 5 [2]. *οἵ τε ἀποστάντες βασιλέως Ἕλληνες καὶ οἱ ξυμπολεμήσαντες*. 91. 3 [4]. *τά τε σφίσιν αὐτοῖς ξύμφορα καὶ τὰ κοινά* (sc. *ξύμφορα*). 141. 2 [3]. *χρονίων πολέμων καὶ διαποντίων*. VII. 56. 4. *πρὸς τὴν Ἀθηναίων τε πόλιν καὶ Λακεδαιμονίων*. VIII. 17. 2. *μετὰ τῆς Χίων δυνάμεως καὶ Χαλκιδέως*. (cf. I. 93. 1.; 97. 1.)

Porro ubi duo genitivi per *καί* coniuncti ab uno nomine pendent, hoc saepius post primum collocatur. Cf. II. 25. 3. *τῶν*

---

[1]) In eadem formula ad alterum nomen adiectivum adiectum est VI. 97. 1. [2]: *οὔτε πλοῦν οὔτε ὁδὸν πολλὴν ἀπέχει*.

ἐκ τῆς κοίλης Ἤλιδος τριακοσίους λογάδας καὶ τῶν αὐτόθεν ἐκ τῆς περιοικίδος Ἠλείων. 37. 3. *τῶν τε ἀεὶ ἐν ἀρχῇ ὄντων ἀκροάσει καὶ τῶν νόμων*, ubi tamen adnotandum est, alterum nomen (*νόμων*) statim additamentis definiri. IV. 26. 1 [2]. *σίτου τε ἀπορίᾳ καὶ ὕδατος.* 52. 1 [2]. *οἱ Μυτιληναίων φυγάδες καὶ τῶν ἄλλων Λεσβίων.* VI. 45. 2 [1]. *ὅπλων ἐξετάσει καὶ ἵππων.* VII. 18. 4 [3]. *Ἐπιδαύρου τέ τι καὶ Πρασιῶν.*

Rursus contrario genitivus pendens a duobus per *καί* iunctis nominibus primo adiunctus apparet I. 23. 2 *φυγαὶ τοσαίδε ἀνθρώπων καὶ φόνος* (ubi tamen *φόνος* sequentibus illustratur) II. 13. 2 [1]. *τοὺς δ' ἄγρους τοὺς ἑαυτοῦ καὶ οἰκίας.* 72. 3 [2]. *παῖδες γὰρ σφῶν καὶ γυναῖκες.* Simile est. VII. 75. 5. *οἱ μὲν ἀπορίᾳ ἀκολούθων, οἱ δὲ ἀπιστίᾳ.*

Prorsus eadem collocationis lex conspicitur et in aliis, ut obiecto proximis apposito cf. IV. 105. 1. *ἐκ θαλάσσης ξυμμαχικὸν καὶ ἀπὸ τῆς Θράκης ἀγείραντα.* etc. (Cf. II. 23. 1. *ἀπέστειλαν — χιλίους ὁπλίτας ἐπ' αὐτῶν καὶ τοξότας τετρακοσίους.* 25. 4. *οἱ δὲ Μεσσήνιοι ἐν τούτῳ καὶ ἄλλοι τινὲς ... τὴν Φειὰν αἱροῦσι*) et in verbo. Etenim verbum ad plura pertinens subiecta statim primo adiungi solet. Cf. I. 2. 1 [2]. *οὔτε μεγέθει πόλεων ἴσχυον οὔτε τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ.* I. 12. 3 [4]; 19. *οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι ... τοὺς ξυμμάχους ἡγοῦντο ... Ἀθηναῖοι δὲ κ. τ. λ.* 21. 1; 25. 3. 26. 2 [3]. *τάφους τε ἀποδεικνύντες καὶ ξυγγενείαν.* 37. 1. 56. [2]; 63. 2; 87. 4 [5]; *καὶ οἱ μὲν ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου διαπραξάμενοι ταῦτα, καὶ οἱ Ἀθηναίων πρέσβεις ὕστερον ἐφ' ἅπερ ἦλθον χρηματίσαντες.* 109. 3 [4]; 112. 2. [4]; II. 4. 3 [5]. II. 11. 1. — 11. 2. ibidem infra [3] in *δοκοῦμεν* accedit *ζεῦγμα.* (Cf. 47. 3 [4].) II. 15. 2; 29. 4 [5]. *ὁ Νυμφόδωρος τήν τε τοῦ Σιτάλκου ξυμμαχίαν ἐποίησε καὶ Σάδακον τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀθηναῖον.* 35. 2; 39. 3; 44. 3 [4]; 41. 2 [3]; 52. 2; 63. 2 [3]; 87. 2 [3]; IV. 36. 3; 56. 4[2] *διά τε τὰς ὑπὸ τὸν σεισμὸν σφίσι γενομένας καὶ τῶν Εἱλώτων τὴν ἐπανάστασιν εὐεργεσίας.* 57. 3; 72. 2; 76. 2[3]; V. 17. 3; VI. 7. 3[2] etc. Cf. de hoc usu Krueg. ad Xen. Anab. VII. 8. 16., ad Dionys. p. 25. Bornem. et Kuehn. ad Xen. Memor. I. 6. 8; de Latinis Matth. not. crit. in Cic. orat. pro Mil. c. I. et Kuehn. ad Tuscul. I. 1. 2.

Quae quum ita sint, aliis locis, ubi languide repetitur verbum, plerumque iure alterum, ut glossema, reiicimus. Eiusmodi glossae manifestum est exemplum VI. 7. 3[2], ubi in Clarend. cod. optimo

post ἐπ' οἴκου additum est ἐλθόντες. Quare VI. 7. 1, Λακεδαιμόνιοι . . . στρατεύσαντες ἐς τὴν Ἀργείαν τῆς τε γῆς ἔτεμον οὐ πολλὴν καὶ σῖτον ἀνεκομίσαντό τινα ζεύγη κομίσαντες, ubi, haud ignorantes, quam languida sit Porti explicatio: „Frumenta absportarunt imposita quibusdam plaustris," alii interpretes (Krueg. Poppo) τινα ad σῖτον retulerunt (de quo tamen ipse Poppo: „parum elegans est sermo ἀνεκομίσαντο . . . κομίσαντες".) equidem non dubito, ex coniectura, quam fecit praeceptor optimus Winiewskius in scholis Thucydideis, delere κομίσαντες et τινα ζεύγη appositionis vice ad σῖτον referre, ut sit: „frumenta absportarunt, aliquot plaustra (einige Wagen voll)." Contra in longiore orationis ambitu I. 54. 3 et 4[2] minus recte post ἑβδομήκοντα „ἔστησαν τροπαῖον"[1]) deleri vult Kruegerus, quocum facit Hermann. Philol. I. p. 372; post προςεποιήσαντο potius gravius interpungendum est.[2]) Rursus vero I. 127. 7[12] ἐξέβαλον reiiciendum mihi videtur cum Kruegero. — Moneo tamen, in formula, quam subscribere Thucydides solet singulorum annorum descriptioni (cf. II. 103. III. 25. 2. VI. 7. 4 etc.) solennem esse verbi ἐτελεύτα repetitionem.

Ex iis, quae attuli, satis liquet, dirimendae orationis studium, tamquam summam legem, subesse universae verborum apud Thucyd. collocationi. Maxime vero, quod etiam verba, quibus quasi natura concludi solet sententia, a fine enunciati removere scriptor studet, documento est, alienum eum esse ab illo dicendi genere, quod circumscriptum appellat Aquila Rom. c. 18.

§. 6.

In iis, quae hactenus exposui, haud scio an historica ratio maxime Thucydidis usum commoverit. Confirmat hanc sententiam, quod exempla, quae modo attuli, omnia fere in historica operis parte, non in orationibus reperiuntur. Iam vero ad eam verborum compositionem me converto, quae maxime quum toto opere, tum in orationibus ad rhetoricam rationem spectat. Primum periodorum compositionem in orationibus quod attinet, non peculiarem sed communem Thucydides sequitur, itaque non soluto, sed circum-

---

[1]) Haec verba genuina esse, vel seq. διὰ ταῦτα τροπαῖον ἔστησαν indicare videntur.

[2]) Maiore iure illo loco deleveris languidum οἱ Ἀθηναῖοι.

scripto genere dicendi utitur. Nec, qui alioquin ex dirupti sermonis studio exstitit usus in altero ex duobus membris orationem mutandi, in *δημηγορίαις* apparet, ubi conformes plerumque sunt enunciati partes, atque arcte connexae in unum coëunt et conglobantur. Est, ut ita dicam, idem inter orationis et historiae Thucydideae periodos discrimen, quod inter Taciti operum historicorum et dial. de orat. ambitus sermonis. Cf. Dion. Hal. p. 952. In singulis autem omnia dicentis ingenio et moribus scriptor adeo accommodavit, ut ipsum Periclem fulminantem et politum, Cleonem loquacem et stolidum, Alcibiadem gloriabundum et elegantem, Niciam severum et placidum, Brasidam callidum et prudentem te audire opineris, indeque, quot homines concionantes, tot diversos etiam in periodis construendis orationis colores conspicias. Artificiosissimas periodos Periclem, maxime in oratione funebri, adhibentem fecit; magis detortae sunt eae, quibus rudis Cleon utitur. Niciae denique pro senili aetate, in qua cupiditates exstinctae sunt, simpliciores et dilucidiores tribuit, ita ut summopere commoveat lectorem, qui quidem praeter literas in veteribus quaerit cordis humanioris scintillas, senilem ducem in summo rerum discrimine in Sicilia sic concionantem et, quum ipse desperet, milites erigentem et consolantem audire VII. 61. seq. 77 sq.[1]) Atque summae hoc est Thucydidis artis, quod tali modo tota verborum compositio in singulis quasi tragicae historiae choris subiectivam, quam dicunt, prae se fert indolem.

Porro singulorum verborum collocationem, quatenus rhetorica ratione definitur, quod attinet, falluntur, qui versus dactyl. et iamb. in Thucydide reperientes, consulto adhibitos putant. Cf. I. 13. 5[6]. *καὶ Ῥήνειαν ἑλὼν ἀνέθηκε.* 21. 2. *δηλώσει ὅμως μείζων γεγενημένος αὐτῶν;* II. 49. 3[5] Schol. exhibet hexametrum: *φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσιν ἐξηνθηκός.* IV. 93. 3: *ἔθεντο τὰ ὅπλα τεταγμένοι, ὥσπερ ἔμελλον, ὁπλῖται.* VI. 36. 1. *Τοὺς μὲν Ἀθηναίους ὅστις μὴ βούλεται οὕτω* (hexam.). VII. 87. 5 in verbis *καὶ τοῖς διαφθαρεῖσι δυστυχέστατον* et VIII. 78. fin. in *οὐδ' ἐντελῆ διδοὺς κακοῖ τὸ ναυτικόν* iambicus senarius apparet. Cf. Burges. Proleg. p. 216 et 326. Eiusmodi quippe optimi scriptores passim admi-

---

[1]) Blomf.: Dictio eius solito dilucidior est et vacua ab asperitate. Est hortatio, cui admixtae sunt consolationes. Cf. Dion. Hal. p. 921.

serunt. Cf. Demosth. de cor. §. 143. Tacit. Germ. 18. 32. 39. Annal. I. 1 et Nipperdeium ad h. l. qui attulit disserentes de hisce Ciceronem et Quintil., eoque magis Thucydidis illa pro fortuitis habeo, quia pleraque in medio enunciato occurrunt neque plenam sententiam continent. Non minus futile est, quod Suidas sub *παραγραμματίζων*, Hermog. de id. III. p. 286 ed. Rhet. Walz. VIII. 16. 1 in verbis *Σαμίαν μίαν* oratorium epanastrophae studium sibi visi sunt invenire. cf. Poppo ad h. l.

Negari tamen nequit, singula verba Thucydidem oratoria ex causa saepissime, quamvis arcte cohaereant, seiunxisse. Ita pluries et maxime in orationibus paronomasiae et anaphorae rationem habuit cf. I. 85. 2. *πέμπετε μὲν περὶ τῆς Ποτιδαίας, πέμπετε δὲ περὶ κ. τ. λ.* ubi Poppo laudat I. 126. II. 8. VI. 88. 104. VII. 24. 67., quibus adnumera I. 70. 5[8] *καὶ ταῦτα μετὰ πόνων πάντα καὶ κινδύνων.* IV. 47. 2[3] *εἴ πού τίς τινα ἴδοι ἐχθρόν.* VI. 87. 3[4] *ἐν παντὶ γὰρ πᾶς χωρίῳ.* VIII. 86. 3[4] *καὶ γνώμας ἄλλοι ἄλλας ἔλεγον.* Saepissime in suavibus, quas dixi, Niciae orationibus ea reperies: cf. VII. 63. 1. *ξυμπεσούσης νηῒ νεώς.* 64. 2. *εἴ τις τι ἕτερος ἑτέρου προφέρει.* (cf. Plat. Soph. pag. 251. D. *ἄλλο ἄλλῳ μηδὲν μηδενί.* Pp.), ibidem *αὐτός τε αὐτῷ ὠφέλιμος.* 70. 3. *ὅτε προςπέσοι ναῦς νηΐ.* 70. 8. *τούτους αὐτοὶ φεύγοντας φεύγουσιν.* VII. 87. 4[6]. *κατὰ πάντα γὰρ πάντως νικηθέντες* et Popp. ad h. l. cf. Krueg. ad Xen. Anab. V. 6. 2. (De *ἔπειτα ἐπειδή* VIII. 67. 2. cf. Krueg. ad Dionys. p. 376.)

Quae quum ita sint, minus recte VII. 75. 5. in verbis *ὅτι τις ἐδύνατο ἕκαστος χρήσιμον* Kruegerus reiecit *ἕκαστος*, quod etiam in Vatic. cod. legitur atque Valla expressit, putans esse glossema ad *τις*. Sane plerumque, ut III. 45. 4, IV. 5, 63. 1 etc., legimus *ἕκαστός τις*. cf. VII. 84. 2[3] *πᾶς τις*. Krueg. ad III. 13. 6. Gram. 51. 16. 11. Sed ipsum *τὶς ἕκαστος* occurrit VI. 31. 4.[1]), ubi apte confert Poppo IV. 46. *τινὲς ὀλίγοι.* IV. 21. *τὶ μᾶλλον.* VI. 61. *τινὰ μίαν.* (cf. infra §. 16). Accedit nostro loco quum usus *τὶς* statim in initio enunciati particulis, relat. etc. adiungendi (cf. infra §. 16, 29), tum vero anaphorae ratio.

[1]) quo loco Kueppers. curae critt. p. 24 coniecit *εἷς ἕκαστος*, et Kruegerus aeque dubitat dicens: Dass man *τὶς ἕκαστος*, wie *ἕκαστός τις* sage, ist mir nicht erinnerlich. Einstweilen halt' ich *ἕκαστος* für ein Glossem zu *τὶς*.

IV.

Singulorum deinceps verborum generum collocatio exponitur.

1. De articulo.

§. 7.

Poppo l. 1. p. 300. inter traiecti articuli exempla refert I. 42. 3[4]: *τὸ μὴ ἀδικεῖν τοὺς ὁμοίους ἐχυρωτέρα δύναμις ἢ τῷ αὐτίκα φανερῷ ἐπαρθέντας διὰ κινδύνων τὸ πλέον ἔχειν*, dictum pro *ἢ τὸ διὰ κ. τ. λ. πλέον ἔχειν*, cuius pronunciatio ingrata fuisset. Kruegerus vero ad solum *πλέον* „*τὸ*" refert, „insofern es (*πλέον*) als durch ein gegensätzlich gedachtes *τὸ ἔλασσον* bestimmt gefasst werden kann." Equidem non dubito cum Poppone, qui tamen ipse in edit. min. rursus in dubium vocat rem, traiectionem statuere, ut sibi respondeant *τό πλ. ἔχ.* et *τὸ μὴ ἀδικ.* Possis sane *διὰ κινδύνων ἔχειν* ex Matth. Gram. §. 580. 1. e. explicare et inde *τὸ πλέον* pendens facere, ut sit: plura (cf. I. 77. 2[3]) i. e. maiorem potentiam periclitari. Sed constans formula est *πλέον ἔχειν* sensu *πλεονεκτεῖν* augeri, emolumentum habere, lucrari, praevalere, superare. cf. I. 37. 3[4]; 76. 3[2] *τοῦ μὴ πλέον ἔχειν*. III. 43.3. IV. 62. 2[3] *ἀντὶ τοῦ πλέον ἔχειν*, neque est, cur h. l. ab ea recedamus, quum aptissimum praebeat sensum: per pericula (cum periculis) lucrari (scil. sociorum in damnum) indeque optime antecedentibus opponatur, id quod in altera explicatione desideratur. Praeterea cf. ll. cc., ubi in simili sententia *πλέον ἔχειν* usurpatum est. In articuli denique traiectione ne quis haereat, obstant similes loci.

Praesertim poëtis hanc collocationem usitatam esse, Matth. Gr. §. 279. adn. 2. docuit, sed neque a pedestri oratione prorsus aliena est. Maxime autem Thucydides talia admisit.

Primum quidem casus verbi atque praepositiones cum casu proprie articulum inter et nomen (subst., partic., infin.,) collocanda praeposuit saepius articulo. cf. VI. 64. 5[3] *εἶναι δὲ ταῦτα τοὺς* (proprie *τοὺς ταῦτα*) *ξυνδράσοντας πολλούς*. cf. Krueg. Gr. 50. 10. 1. — I. 133. *πίστιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ διδόντος τῆς ἀναστάσεως* (pr. *τῆς ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἀναστ.*), ubi vel verbum insertum est. Krueg.

quidem h. l. ἐκ τοῦ ἱεϱοῦ glossema esse putat; est tamen in omnibus codicibus ipsumque haud male se habet nec collocatione offendit. Stephanus contra τῆς ἀναστάσεως pro spurio habuit; hoc vero minime supervacaneum esse in manifesto est. cf. Popp. ad h. l. Atque vero prorsus simile est I. 137. 4. γϱάψας τὴν ἐκ Σαλαμῖνος πϱοάγγελσιν τῆς ἀναχωϱήσεως (pr. τῆς ἐκ Σαλαμ. ἀναχ.). Porro cf. II. 18. 2[3] κατὰ τὴν ποϱείαν ἡ σχολαιότης (pr. ἡ κατὰ—σχολ.). — II. 7. 2. ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις recte, si quidem locus genuinus est, Poppo nectit vertens: partes ipsorum (scil. Lacedaem.) in Italia et Sicilia amplexis. Qua in collocatione quum iniuria haereat Krueg., ceterum locum difficiliorem esse libenter confiteor. cf. Popp. ad h. l. Simili modo IV. 105. 1. in verbis τὴν ἀπὸ τῆς Θάσου τῶν νεῶν βοήθειαν nihil obstat, quin iungas τὴν τῶν ἀπὸ τῆς Θάσου νεῶν βοήθ. ita ut ex eadem attractione αἱ ἀπὸ τῆς Θάσ. νῆες sint naves apud Thasum versantes, de quibus antea sermo fuit, vertasque: die Hülfeleistung der bei Thasus stationirten Schiffe.[1]) — IV. 20. 3[4] ἐν τούτῳ τά ἐνόντα ἀγαθὰ σκοπεῖτε ὅσα εἰκὸς εἶναι apte coniungere mihi videor ἐν τούτῳ cum τὰ ἐνόντα: „et bona huic rei inhaerentia quot esse verisimile sit, spectate.“ IV. 43. 1. δύο γὰϱ ἦσαν ἐν τῇ μάχῃ οἱ παϱόντες (pr. οἱ ἐν τῇ μαχ. παϱ.).[2]) VI. 77. 2. πϱὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα, cf. Popp. et Krueg. ad h. l. — VI. 105. 3[2]: καὶ τοῖς Λακεδ. εὐπϱοφάσιστον μᾶλλον τὴν αἰτίαν ἐς τοὺς Ἀθηναίους τοῦ ἀμύνεσθαι ἐποίησαν tamen perverse Blomfield. in ed. II. ἐς τοὺς Ἀθην. nexit cum τοῦ ἀμύν., quum ἀμύν. ἔς τινα non dicatur; pertinent potius ad αἰτίαν (cf. I. 66. 1.) — VII. 21. 3. πϱὸς ἄνδϱας … τοὺς ἀντιτολμοῦντας. — III. 82. 4. ἀσφαλείᾳ δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι ἀποτϱοπῆς πϱόφασις· εὔλογος. H. l. quum vulgo ἀσφάλεια legatur, recte Krueg. et nunc Poppo

[1]) Porro cf. I. 14. 2. τϱιήϱεις πεϱί τε Σικελίαν τοῖς τυϱάννοις ἐς πλῆθος ἐγένοντο καὶ Κεϱκυϱαίοις, quo loco, ut concinna exsistat structura, quum Stephanus etc. lectionem priorum librorum Κεϱκυϱαίαν retinere malint, equidem contra πεϱί τε Σικελ. ex traiectione explico (pr. τοῖς τε πεϱὶ Σικ. τυϱάννοις. cf. III. 99. 1.)

[2]) V. 28. 2 tamen in verbis ἐπ' ἐξόδῳ γὰϱ πϱὸς αὐτοὺς αἱ σπονδαὶ ἦσαν, vulgaris ordo apte retinetur, ita ut ad ἦσαν ‚πϱὸς αὐτούς' spectet cf. VI. 105. 1.

ex Cod. Mosq., Dion. Hal. p. 888., Schol., Valla restituerunt ἀσφαλείᾳ, quod aeque grammatica ratio et sensus commendant cf. Krueg. et Popp. ad h. l.; atque cum τὸ ἐπιβουλ. iure suo iunxit Krueg. vertens: mit Vorsicht über einen Gegenstand sich bedenken.[1]) — Ceterum de hac materia cf. Matth. Gr. §. 279.

[1]) Eodem fere modo schol., Heilm., Arnold. locum intellexerunt. Dissentit vero Hoffmann. explicans: incolumitati suae intentum esse. Omnes illos autem refutare studet Driessen. De priorum V lib. Thuc. locis aliquot difficil. diss. Monast. 1856, qui ita explicat: ἀσφαλείᾳ δὲ (sc. προςετέθη) τὸ ἐπιβουλεύσασθαι, (apposit:) ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος („wiewohl es nur ein wohlberechneter Vorwand war, sich zurückzuziehen.“) p. 14 seq. Qui quod primum de notione verbi ἐπιβουλ. movit difficultatem, dicens, ubique illud significare „insidias parare“, ne ipse quidem accurate retinuit hanc notionem, loquens pag. 16. de „secum consulendo et insidias parando“, p. 17. iam de sola „speciosa meditatione“. Immo vero non semper hostilis, sed interdum (cf. Pap. lex. s. v.) generalis „in animo habere“ subest notio. Quum autem in ea notione plerumque casus vel infin. adiungatur neque alioquin medialis verbi forma apud antiquiores scriptores occurrat cf. Popp. ad. h. l., nec Driesseni nec ceterorum stat sententia, atque, nisi statuas, ipsam inusitatam formam h. l. scriptorem admisisse, sensu: „dudum (cf. ἐπί in ἐπέχειν retinere, cunctare.) secum consulere“, confugiendum ad coniecturam, scil. statuendum est, id ipsum, quod Schol. profert „τὸ ἐπὶ πολὺ (dudum) βουλεύσασθαι“ genuinam esse lectionem, quam in sententiam neminem adhuc incidisse miror. — Porro difficultatem omissi verbi finiti quod attinet, aut ex anteced. ἐνομίζετο cum Schol. supplendum est, aut ἦν (sc. αὐτοῖς); cf. sequentia, ubi etiam tale scriptoris animo observatur, sed brevitatis studio omittitur; nec pro Thucydidis ratione hoc durius est. Denique etiam ex nexu sententiarum argumentanti Driesseno non assentior. Ita potius singula membra sibi opponuntur: Disserens de depravatis ex civili motu verborum notionibus supra dixit scriptor: Conatui, quae carebat ratione (ἀλόγιστος), φιλεταιρία supponebatur; cunctationi vero, cui suberat ratio civium salutis (προμηθής), illa abiudicabatur. Quae tunc sequuntur, per se continent oppositionem σῶφρον— ἄνανδρον, ξυνετόν—ἀργόν (quare τὸ δ' ἐμπλήκτως κ. τ. λ. non opponuntur antecedentibus). Iam vero dicit: Impetuosum agendi ardorem in virtutem, cautam vero agendi prudentiam in studium rebus se detrahendi versa esse. Vides ultima accurate sibi opponi et inter ea et, quae supra per τόλμα μὲν γὰρ κ. τ. λ. attulit scriptor similia, hanc intercedere rationem, ut in utroque plebis de bono cive rempublicam tractante et de vesano demagogo sententia sibi opponatur, eo tamen discrimine, ut in illis ratio civium (φιλέταιρος—προμηθής), in his ratio viri

adn. 2 et §. 570. Saupp. ad Xen. Mem. I. 2. 19. Kuehner. ibidem I. 6. 13. Apte denique Krueg. confert Aristoph. Acharn. v. 636. cui addo Nub. v. 1049. *εἶτ' ἐν ἀγορᾷ τὴν διατριβὴν ψέγεις.* Agit autem scriptor hac traiectione id, ut fortius extollat vocem praepositam.

Nec minus post substantivum additamenta, post participium articulo instructum casus traiecta invenies, cf. I. 126. 6[11] *οἱ τῶν 'Αθηναίων ἐπιτετραμμένοι τὴν φυλακὴν* „Atheniensium ii, quibus commissa erat custodia“ cf. Popp. ad h. l. De artic. cf. Krueg. Gr. §. 50. 10. 2.

Articuli in additamentis, quae ad nomina verbalia articulo instructa accedunt, omissi plurima exstant exempla; cf. ex. gr. II. 52. 1. *ἡ ξυγκομιδὴ ἐκ τῶν ἀγρῶν.* 89. 8[11] *τὸν φόβον περὶ τῆς θαλάσσης* cf. II. 97. 5[6]. III. 46. 2[3]. IV. 29. 1[2]. VI. 6. 4[3]. 40. 3[2]. Sed de hisce cf. Krueg. ad Dionys. p. 153. Stud. II. p. 78. Gr. §. 50. 9. 9. Matth. Gr. §. 278. in adn. 1. — Aliis locis tamen, ut VI. 105. 1 *τὰς σπονδὰς — πρὸς Λακεδαιμονίους — ἔλυσαν* (ubi tamen in Vatic. cod. additus est articulus), ad verbum potius additamentum referendum videtur, (cf. l. supra c. V. 28. 2.) idemque valet de I. 33. 8. *ἵνα μὴ τῷ κοινῷ ἔχθει κατ' αὐτῶν μετ' ἀλλήλων στῶμεν*, ubi Krueg., *τῷ κατ' αὐτῶν* desiderans, delevit *κατ'*, quum tamen bene ad *στῶμεν* illa referri pateat ex Aristid. Lept. §. 45: *ἐὰν μετ' αὐτοῦ κατὰ τῆς 'Ελλάδος συστῶσιν* cf. Krueg. Gr. §. 50. 9. 10.

De participio post nomen traiecto cf. infra §. 11; de adverbiis articulo et substantivo non insertis §. 20.

§. 8.

Quum allatis locis parum includat articulus, contra nimium complecti videtur VII. 21. 2[3] *ξυνέπειθε οὐχ ἥκιστα τοῦ ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσειν πρὸς τοὺς 'Αθηναίους*, quo loco

---

ipsius eiusque praestantiae (cf. *ἀνδρὸς μοίρᾳ—ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος* (quod haud strenui est viri) habeatur. Quare non cum Driesseno in ipsa ultima sententia (*ἀσφαλείᾳ—τὸ ἐπιβουλεύσασθαι*) oppositio est quaerenda, sed in antecedentibus, nec de demagogo verba *ἀσφαλείᾳ κ. τ. λ.* dicta sunt, sed de bono cive. — De *ἀσφαλείᾳ* sensu „caute“ denique cf. III. 56. 3[5] et Popp. ad h. l. Soph. Oed. Tyr. 51. (Kr.) et ibi Schol.

plerisque interpretibus *τοῦ* suspectum fuit, nonnulli (ut Krueg.) *τὸ* coniecerunt legendum. Atque vero ea, quibus Bernhardy. Synt. p. 147, Arnold. alii *τοῦ .... ἀθυμεῖν* ex *ξυνέπειθε* apta esse demonstrare studuerunt, iure reiecit Poppo. Quid, si ad *ἐπιχειρήσειν* retuleris cum Dunbar. Lex. Gr. Addit., ita ut proprius ordo evadat: *ξυνέπειθε — μὴ ἀθυμεῖν τοῦ ταῖς ναυσὶν ἐπιχειρήσειν*? Tunc nihil restat, quod offendat in illo *τοῦ*; cf. Matth. Gr. §. 540. adn. 2. (cf. §. 368), sive *ἀθυμεῖν* h. l. fere idem esse ac *χαλᾶν* ratus ex Matth. Gr. §. 355. explicare mavis, sive ad Matth. Gr. §. 348 respicis cum Goellero. De futuro in *ἐπιχειρήσειν*, cf. Krueg. ad I. 27. 2. Ad collocationem autem quod attinet, in Thuc. regente verbo rectis interposito nihil est frequentius (cf. infra §. 19), qui usus alioquin vix offendens, insolentiorem in hacce infinitivi structura speciem prae se fert, quare iniuria Poppo in scr. discr. ed. mai. per collocationem non licere, ita verba coniungere, contendit.

Alio modo articulus contra leges gramm. traiectus esse plerisque videtur VIII. 5. 5. *'Αμόργην τὸν Πισσούθνου υἱὸν νόθον*, quum rectius c. 28. 3. *τὸν 'Αμόργην — Πισσούθνου νόθον υἱόν* dicatur; quare, dum in dubio rem relinquit Poppo, Goeller. ante *υἱόν* interpunxit. Me, ne Goellero assentiar, iam movet alterius loci (c. 28. 3), ratio. Tum quomodo rectius illo loco articulus omittatur non video. Namque sua utroque loco est appositioni vis. C. 5. Amorges nondum commemoratus patris nomine definitur (der Bastardsohn des Pis.); c. 28 vero ad ipsum iam notum respicitur. — Nec minus evanescit traiectio, quae difficultatem movit interpretibus II. 53. 2[3]. *ὅ,τι δὲ ἤδη τε ἡδὺ καὶ πανταχόθεν τὸ ἐς αὐτὸ κερδαλέον, τοῦτο κ. τ. λ.*, dummodo cum Poppone iungas *τό* cum *ἐς αὐτό*, cf. Matth. Gr. §. 283, non vero cum *κερδαλέον*, quod fecit Krueg., in ipso textu *τό* uncis includens. Contra VII. 68. 3 *τὸ δὲ ... κολασθῆναι ... καλὸς ὁ ἀγών* Poppo quoque agnoscit articulum praedicato ex hyperbato additum. Krueg. dicit, quum, prout sermo institutus sit, in fine *ὁ* abesse debeat, propter nimiam praedicati et substantivi distantiam adiectum esse. Sed simplicius explico h. l. ita, ut *τό ... κολασθῆναι* pro accusativo relationis accipiam, vertens: Quodsi vero ... puniemus (pr. quod attinet ad puniendum), pulchrum erit certamen. Sic et grammaticae et sensui consulentes non video cur traiectionem statuamus. Quod

autem Poppo II. 89. 8(10) comparat, non quadrat, quia ibi infinitivi mera epexegesis ad praedicatum *μέγας* sunt. — Porro II. 49. 3[5] Krueg. traiectionem sibi videtur invenire in verbis *καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν ἁπτομένῳ σῶμα οὔτ' ἄγαν θερμὸν ἦν οὔτε χλωρόν —· τὰ δὲ ἐντὸς οὕτως ἐκαίετο κ. τ. λ.*, post *ἔξωθεν* addendum *σῶμα* fuisse putans et *τὸ ἔξω σῶμα ἁπτομένῳ ἔξωθεν* explicans. Sed nihil obstat, quin *τὸ μὲν ἔξωθεν* iungas,[1]) cui opponatur *τὰ δὲ ἔντος*,[2]) atque *σῶμα*, utpote quod plerumque articulo non instructum sit, utriusque membri generale subiectum facias, quo facto deletur traiectio. Ceterum *ἁπτομένῳ* articulo et substantivo interponi potuisse monstrat II. 96. 1. — II. 49. 5[7] *διεξῄει γὰρ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἄνωθεν ἀρξάμενον τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ πρῶτον ἱδρυθὲν κακόν*. Krueg. *τό*, proprie ante *κακόν* collocandum, propter oppositionem traiectum esse putat, nisi *ἐν τῇ — ἱδρυθέν* ex glossa orta sint. Non tamen opus est partitiva, quam vocant articuli collocatione h. l., ita ut vertas: „malum, postquam caput primum occupaverat,“ verum recte omnia se habent, dummodo vertas: „malum, quod primum capiti insidere solebat.“ — Addo, hoc quoque me non probare, quod I. 90. 4. *ὑπειπὼν τἆλλα ὅτι αὐτὸς τἀκεῖ πράξει ᾤχετο*. Krueg. iungit *τἆλλα τἀκεῖ* „die übrigen in Lacedämon zu führenden Verhandlungen“. Etenim quum antea prolata sint ea, quae Athenis interim, dum ipse Lacedaemonem pergeret, fieri Themistocles iusserat, nunc idem pollicetur, cetera ibi se ipsum perfecturum; quare *τἀκεῖ* pro adverbio accipiendum est. — Denique dicendum est de traiectione, quam statuit Abresch. V. 54. 3[4], *ὧν τινες οἱ μέν* pro *ὧν οἱ μέν τινες* dictum esse putans. Cum eo facit Bauerus, quod, si praepositum *τινὲς* pro collocatione sua referretur ad utrumque, ad *οἱ μέν* et *οἱ δέ*, „inepte taceretur, quid ceteri ergo fecerint, ex altera parte relicti.“ Recte haec Bauer. disputare mihi videtur, licet oppugnet Krueg. Accedit, quod Thucyd. omnes complectens saepius divisit per *οἱ μέν τινες — οἱ δέ*, (cf. II. 91. 3[4] etc.), praetereaque ab *ὁ μὲν — ὁ δέ* nomen seiungens appositionis vice adiecit. cf. II. 29. 2[3] *ὁ μὲν — ὁ Τηρεύς* VI. 57. 3[4]. VII. 86. 3. VIII. 77. Eadem appositio vel praeposita est Hom. Od. I. 115 *μνηστήρων τῶν μέν*. cf. Matth. Gr. §. 288. adn. 5. Quare missa analogia

[1]) Cf. I. 93. 3[4]. — [2]) Cf. II. 15. 3. *τὰ ἔξω* etc.

locorum a Bernh. Synt. p. 309 (cf. Thiersch. Gr. §. 306. 1. adn.) laudatorum, non dubito, cum Bauero facere. Locus VII. 86. 4. *τῶν Συρακοσίων τινὲς—οἱ μὲν δείσαντες—ἄλλοι δὲ κ. τ. λ.* in contrariam partem proferri nequit, immo pro me facit, quum h. l. sub *ἄλλοι* intelligantur socii (cf. seq. l. c.)

Ex omnibus autem, quae hucusque disputavi, apparet, accuratum plerumque in articuli collocatione esse Thucydidem.[1]) Eius usus articuli vero non uno loco est insolentior. cf. Poppo et Krueg. ad III. 25. 1.

2. De nomine substantivo eiusque attributis, quae vocantur.

§. 9.

Insolentiorem collocationem secutus scriptor substantiva atque vel enunciati primarii subiectum retulit in enunciatum secundarium aliisque arcte cohaerentibus interposuit ibique quasi abdidit. cf. III. 90. 3[4] *ἐπελθόντων οἱ Μεσσήνιοι τῶν τε Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων προσεχώρησαν καὶ αὐτοί.* IV. 135. 1. *Ἀπεπείρασε δὲ τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος καὶ ὁ Βρασίδας τελευτῶντος καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη Ποτιδαίας.* VI. 6. 3[2] *τὴν γενομένην ἐπὶ Λάχητος... οἱ Ἐγεσταῖοι ξυμμαχίαν ἀναμιμνήσκοντες τοὺς Ἀθηναίους ἐδέοντο κ. τ. λ.* cf. I. 90. 3[4]; IV. 46. 2[3]; V. 47. 1. — Nec latini rerum scriptores hanc collocationem respuerunt. cf. Caes. de bello civ. III. 12. Tacit. Annal. I. 67 et Nipperdei. ad h. l.; Liv. IV. 49. init.; Krueg. Gr. lat. §. 702 adn. 2. (Pp.) Non tam offendit, quod idem enunciati primarii et secundarii subiectum in hoc solum expressum est, cuius usus exemplum occurrit III. 39. 4. cf. Schol. ad h. l.

---

[1]) Inusitata autem collocatio occurrit VII. 82. 3. *τὸν ποταμὸν τὸν Ἐρινεόν*, cf. 80. 5. eaque a grammaticis praeter Krueg. Gr. §. 50. 7. 1 et Kuehner. Gr. §. 244. 7 adnot. 5 prorsus non commemorata, cuius exempla apud posteriores demum scriptores occurrunt. cf. Popp. ad VII. 80. 5. Ipsam quam ibi reliquit, collocationem insolentius scriptor adhibuisse videtur IV. 130. 4[6]. *ἐς τὴν Μένδην πόλιν*, ubi propter collocationis insolentiam aliis aliud suspectum fuit, Hoffmann. vero post *Μένδην* distinguendum censet. Equidem tamen h. l. cum Hoffmanno facere quam insolentiam statuere malo, praesertim quum tunc optime sibi opponantur *πόλιν* et seq. *καὶ* (vel) *τοὺς ἀνθρώπους*.

Quae quum ita sint, perperam Krueger. contendit I. 49. 3[4] *μάχης δὲ οὐκ ἦρχον δεδιότες οἱ στρατηγοὶ τὴν πρόῤῥησιν*.., per interpositum *δεδιότες* non licere, *ἦρχον οἱ στρατ.* iungere, itaque anteced. *νῆες* subiectum, *δεδιότες οἱ στρατ.* vero participium appositivum sit, necesse esse. cf. I. 57. 4[6]; II. 25. 4[5]; II. 67. 4. etc. Itaque per collocationem non opus est cum Kruegero faciamus. Alia sane est res, si ad concinnitatem enunciati et particulas *μέν—δέ* respicimus, quae Kruegeri sententiam commendant. cf. Matth. Gr. §. 562. adn. 1. — Ceterum de hac materia cf. D'orvill. ad Charit. p. 320 sq.

Ut nominativus, ita etiam dativus nominis alienis interponitur. cf. II. 97. 2 *ἐς ἤπειρον δὲ—ἡμερῶν ἀνδρὶ εὐζώνῳ τριῶν καὶ δέκα ἀνύσαι*. cf. 96. 1 et Krueg. ad h. l.; I. 103. 2, porroque V. 53. 2[1]. *ἐδόκει δὲ καὶ ἄνευ τῆς αἰτίας τὴν Ἐπίδαυρον τῷ τε Ἀλκιβιάδῃ καὶ τοῖς Ἀργείοις προςλαβεῖν*, ubi *τῷ—Ἀργείοις* pertinent ad *ἐδόκει*. — Insolentius etiam II. 10. 1. *ταῖς πόλεσι*, quum ad *περιήγγελλον* pertineat, collocatum est. — Saepius tamen, quam nominum, pronominum casus tertius traiectus est, de quo vide infra §. 13.

§. 10.

Transeo nunc ad genitivum. — Genitivi a nomine, ex quo pendet, seiuncti sexcenta exempla in Thuc. reperiuntur, quare sufficiat h. l. retulisse ad Poppo I. 1. p. 299. Krueg. ad I. 33. 1, ad Dionys. p. 120, Braun. l. c. p. 7 et 9. De genitivo in enunciatum relativum translato cf. infra §. 17.

Iam vero quod genitivum ad nomen statim adiectum attinet, primum commemoro, genitivum partit. interdum contra leges grammaticas (cf. Krueg. Gr. §. 47. 9. 11) interpositum esse articulo et nomini. cf. I. 29. 4 *τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις*. 126. 6[11]. IV. III. 2. 125. 3. V. 64. 2[3]; VI. 7. 1. VIII. 73. 5[6]. 90. 1. De I. 9. 1[2] quem Krueg. huc refert, cf. infra §. 20. Praecedentibus genitivum additamentis idem pluries invenies, ut III. 22. 4[5] *οἱ ἐν τῇ πόλει τῶν Πλαταιῶν ὑπολελειμμένοι* (pr. *τῶν Πλ. οἱ*) cf. 36. 4[5]. VI. 102. 1 sed hoc etiam in pronominibus partitive collocandis occurrit. Vide infra §. 14.

Porro in pluribus genitivis, quorum alter ab altero pendet, adamat Thuc. rectum regenti praeponere. cf. II. 60. 3[4] *τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀφίεσθε*. 62. 2. *δύο μερῶν τῶν ἐς χρῆσιν*

φανερῶν, γῆς καὶ θαλάσσης, τοῦ ἑτέρου, ubi iure suo Poppo sententiam eorum, qui interpretantur: „duarum rerum ex numero earum, quae ad usum patent," reiecit. cf. Braun. l. c. p. 14. V. 115. 2[4]. VII. 6. 1. *τὴν τῶν Ἀθηναίων τοῦ τείχους τελευτήν*. 42. 5[4].[1]) Atque vel aliena interponuntur, vel ipsum, unde alter genitivus pendet, nomen. cf. VIII. 3. 1. *Οἰταίων τε κατὰ τὴν παλαιὰν ἔχθραν τῆς λείας τὴν πολλὴν ἀπολαβών*, ubi iunge *Οἰταίων* cum *τῆς λείας*; cui simile est VIII. 71. 2[1] *τῶν γὰρ μακρῶν τειχῶν διὰ τὴν κατ' αὐτὰ ἐρημίαν λήψεως οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν*, ubi igitur non est, cur cum Kruegero *λήψεως* deleamus. cf. III. 30. 1. *Πελοποννησίων ὅσοι πάρεσμεν ἄρχοντες τῆς στρατιᾶς*, ubi apte iungas *ἄρχοντες τῆς Πελοπ. στρατιᾶς*, possis vero *ἀρχ. τῆς στρατ.* in unam notionem (Heerführer) comprehendere, et inde *Πελοπ.* pendens facere; cf. III. 45. 1. 115. 4[6]. IV. 46. 3[4]. Krueg. Gr. §. 47. 9. 7. Eodem refero cum Kruegero II. 35. 3. *ὑμῶν τῆς ἑκάστου βουλήσεως* contra Popponem, *ὑμῶν* propter collocationem a *βουλήσεως*, (non ab *ἑκάστου*) suspendens, ut sit idem atque *ὑμετέρας τῆς ἑκάστου βουλ.* Similis dubitatio subest II. 49. 5[7] *τῶν γε ἀκρωτηρίων ἀντίληψις αὐτοῦ*, ubi sub *αὐτοῦ*, quum possis ad antecedens *τις* referre, recte Wyttenbach. Select. histor. p. 367 intelligit *τὸ κακόν*, ita ut *αὐτοῦ* sit genit. subiect., *τῶν ἀκρωτηρίων* genit. obiect. ad *ἀντίληψις*. (cf. sq. ubi *κακόν* subiectum est.)

Atque vero quem dixi usum rectum genitivum regenti praeponendi neque adiecta praepositione Thuc. neglexit; cf. infra §. 23. Complura tamen contrariae collocationis exempla inveniri, vix opus est moneam. cf. III. 50. 3[2]; IV. 25. 8[11]. cf. III. 43. 1. VII. 5. 2. Insigne autem exemplum est VIII. 67. 2. *τῆς ἀντιμιμήσεως αὐτῶν τῆς παρασκευῆς ὑμῶν*.

Reliquas genitivi collocandi rationes vulgares, de quibus quidquid certi constitui potest, accurate exposuit Braun. l. c. p. 4 sq. omittens, prolatas idcirco uberius tractavi, quia Thucydidi maxime sunt propriae.

§. 11.

Iam consideremus attributorum ad substantivum accedentium collocationem.

---

[1]) Cf. I. 10. 2. II. 63. 1. III. 45. 5[6]. 82. 8 quibus locis, quum ad allata non quadrent, eadem tamen collocationis lex valet.

Saepissime vel numeri, vel sensus gratia, quo magis alterum extollat etc., scriptor attributa, quae vocant, a voce, cui addita sunt, aliis ac vel alienis interpositis vocibus seiunxit. cf. I. 130. 1. *Ταῦτα λαβὼν ὁ Παυσανίας τὰ γράμματα.* 132. 1. *φανερὸν μὲν εἶχον οὐδὲν οἱ Σπαρτιᾶται σημεῖον.* 30. 1 et 2; 55. 2[1]; 62. 4[6]; 138. 6[5]; II. 13. 4[5]. *τὰ ἐκ τῶν ἄλλων ἱερῶν προςετίθει χρήματα οὐκ ὀλίγα.* 34. 1. III. 26. 3[4]. 67. 2; 109. 3[2]; II. 49. 1 etc. cf. Braun. l. c. p. 15. 19 etc. Quae, licet vulgaria, fundamentum tamen sunt insolentioris collocationis, cuius exemplum est. I. 132. 3. *τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τοῦτο,* ubi ne per se positum *τοῦτο* significare „hac de causa", scil. *διὰ τὸ ἐπιγράψασθαι ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον,* quod vult Poppo ed. min., existimes, obstat usus Thucydidis, qui constanter dicit *διὰ τοῦτο,* in relat. *δι' ὅ* vel *διότι* (raro *ὅ*); altera ex parte quin cum *ἐλεγεῖον* iungas, collocatio non impedit. cf. II. 97. 1 *αὕτη περίπλους ἐστὶν ἡ γῆ τὰ ξυντομώτατα, ἣν κ. τ. λ.* I. 6. 4[6]. (cf. Krueg. et Poppo. ad h. l.)[1]) — Appositionem quoque haud raro traiectam invenies: cf. I. 47. 2 *ἐπὶ δὲ τῇ Λευκίμμῃ αὐτοῖς τῷ ἀκρωτηρίῳ ὁ πεζὸς ἦν.* II. 12. 1. II. 32. III. 35. *καὶ Σάλαιθον λαβὼν ἐν τῇ πόλει τὸν Λακεδαιμόνιον κεκρυμμένον ἀποπέμπει* (pr. *λαβὼν Σαλ. τὸν Λακ. ἐν τῇ πόλει κεκρυμ.*). III. 100. 2. *Σπαρτιάτης δ' ἦρχεν Εὐρύλοχος τῆς στρατιᾶς* (cf. Krueg. ad h. l.). III. 94. 4. IV. 90. 1. *Δήλιον ἐτείχιζε τοιῷδε τρόπῳ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος* (cf. c. 76. 3[4].) 108. 2[3]. cf. Krueg. ad Xen. Anab. I. 6. 11. Sinten. ad Plut. Them. c. 24. Krueg. Gr. §. 57. 9. 1 et de Latin. Ruddim. Instit. p. 395.

Porro participium, si quidem additamentis accuratius definitum est, post nomen articulo instructum traiicitur. cf. I. 11. 3. *τοῦ νῦν περὶ αὐτῶν διὰ τοὺς ποιητὰς λόγου κατεσχηκότος.* 90. 1. 96. 2 *ὁ πρῶτος φόρος ταχθείς.* (Recte sim. collocatum est IV. 38. 2.) II. 15. 2. *ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν* (legitime idem collocatum est §. 3) cf. V. 11. 1. — II. 18. 2. II. 38. [2] *τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ γιγνόμενα* (i. e. „bona, quae hic proveniunt"). III. 54. 3[5] *φόβος περιέστη τὴν Σπάρτην — τῶν ἐς Ἰθώμην Εἱλώτων ἀποστάντων.*

---

[1]) Pars attributi mirum in modum traiecta est IV. 24. 4[5]: *ἡ μεταξὺ Ῥηγίου θάλασσα καὶ Μεσσήνης.* facile tamen ex usu, quem supra §. 5. exposui, hoc illustrare possumus.

Quem locum quum huc referat Poppo in adn. ad h. l. genitivum a *φόβος* suspendens, Krueg. contra *τῶν* — *ἀποστ.* genit. absol. esse vult, comparans Gr. suae §. 50. 8. 18 et Thuc. I. 101. 1. Sed hoc ipso loco equidem, ut cum Poppone faciam, adducor. III. 56. 1[2]. 67. 2[3] *τὴν ὑπὸ τούτων ἡλικίαν ἡμῶν διεφθαρμένην*, ubi tamen *ὑπὸ τούτων* potius traiecta esse mihi videntur, quam participium, quod adiectivi vice h. l. non fungitur. IV. 38. 1. *τοῦ δὲ μετ' αὐτὸν Ἱππαγρέτου ἐφῃρημένου*, ubi tamen Kruegero appositionis interpositio suspecta est, ita ut *ἐφῃρημένου* velit eiicere, nisi forte *ἱππαγρέτου* muneris sit nomen, qua de re Goell., alii quoque cogitarunt; cf. Herm. Antiq. Gr. §. 29. 15. At Poppo nomen proprium illud esse censet, quod, quum rex Lacedaemoniorum Sphacteriae non fuerit, etiam hippagretes, trecentis iuvenibus regem stipantibus praepositus, ibi non quaerendus sit. Equidem cum Poppone facio, quia m u n e r e per anteced. *τῶν—ἀρχόντων* in universum prolato iam, ut primi, ita et suffecti ducis n o m e n afferri par est. Certe autem Kruegeri de collocatione dubitatio non est tanti momenti, inde ut lectionem mutemus. cf. Soph. Electr. v. 694 ed. Schneidew. — IV. 87. 2[3] *τοῖς ἀπὸ ὑμῶν χρήμασι φερομένοις παρ' Ἀθηναίους* huc referunt Krueg. et Poppo. Possis tamen *τοῖς ἀπὸ ὑμῶν χρήμασι*, ut sit „vestris tributis" iungere atque vertere „ne — vestris tributis, quum ad Athenienses dentur, damnum percipiant", quo facto recte se habet collocatio. IV. 109. 3[4] *τῶν καὶ Λημνὸν—Τυρσηνῶν οἰκησάντων*. 114. 1. V. 5. 1. 34. 1. 35. 4[5]. VI. 37. 1 *τῆς νῦν στρατιᾶς, ὥς φασιν, ἐπιούσης*, ubi iam Bauer. adnotavit proprium ordinem esse *τῆς νῦν ὥς φασιν, ἐπ. στρ.* (genit. pendet a *κρείσσων*), cui explicationi vana obiecit Poppo. — VII. 23. 3[2]; 32. 1; 50. 1; 71. 6[7] *οἱ ἐν τῇ νήσῳ ἄνδρες διαβεβηκότες* ubi, licet expedias cum Arnoldo locum ita: *οἱ ἐν τῇ νήσῳ ἄνδρες διαβεβηκότες ἐς αὐτήν*, noli tamen sic explicare; sed ex nota attractione *ἐν τῇ νήσῳ* statim ad *διαβεβ.* referendum videtur, idque eo magis ob perfecti propriam significationem, ita ut *διαβεβηκότες* (i. e. *ὄντες, ἐπειδὴ διέβησαν*) traiectum sit. — VIII. 23. 5[6]; 35. 2 ubi minime cum Haasio *προςβαλλούσας* vertendum est per impetu facto, nec placet Popponis: quum appellerentur (sc. ad Triopium), sed per traiectionem malim explicare, ut sit „naves onerarias ex Aegypto advehentes comprehendere." — 36. 1. — 53. 1, ubi *τῶν Ἀθη-*

ναίων cum Dobraeo et Kruegero mihi suspectum est, quum videatur glossema esse, fortasse ex analogia c. 57. 1. a scriba intrusum. Inde tamen eo magis adducor, ut verba *ἀποσταλ. ἐκ τῆς Σάμου* pro traiectis accipiam. cf. 89. 1. — 92. 5[4].

Causae huius traiectionis variae sunt; in universum ex scriptoris dirimendae orationis studio profluxit, porro vero adiectis ad participium additamentis pluribus adhibita esse videtur, ne nimis accrescat vocum articulo et nomini interpositarum copia, denique quo minus participium sed magis additamenta urgeantur atque extollantur. cf. Braun. l. c. p. 17; Krueg. Gr. §. 50. 10. 3. de auth. Xen. An. p. 42.

Iam statim contrariae rationis exempla subiungam, traiectorum scilicet post substantivum non participii, sed eius additamentorum. cf. IV. 107. 1[2] *τὴν προὔχουσαν ἄκραν ἀπὸ τοῦ τείχους*. 116. 2; V. 10. 9 *οἱ δὲ αὐτοῦ ξυστραφέντες ὁπλῖται ἐπὶ τὸν λόφον*; quo loco Poppo, quod *αὐτοῦ* putat esse pronomen („eius" i. e. Cleonis), fallitur, quum potius sit adverb. locale („ibi"). *ἐπὶ τὸν λόφον* autem, quum ad *ξυστραφ.* pertineant, traiecta sunt. — V. 112. 2. — VII. 62. 1. *πρὸς τὸν μέλλοντα ὄχλον τῶν νεῶν ἔσεσθαι* (pr. *πρὸς τὸν μέλλ. ἔσ. ὄχλ. τῶν νεῶν*), ubi ne *ἔσεσθαι* glossema putes esse, cf. II. 8. 2. Simile est Herod. I. 5. *εἰς τὸ εἰωθὸς πεδίον αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι* (pr. *εἰς τὸ αὐτοὺς ὑποδεχ. εἰωθὸς πεδίον*) (Pop.). — VII. 70. 2. *ἐκράτουν τῶν τεταγμένων νεῶν πρὸς αὐτῷ*.

Similia ex aliis scriptoribus collegit Krueg. ad Dionys. p. 139. cf. Foertsch. Observ. in Lys. p. 38. Krueg. Gr. §. 50. 10. 2. Qua collocatione quum participii vis intendatur, contra, ubi additamentum summi momenti est, hoc vel articulo praeponi supra iam vidimus.

§. 12.

Hactenus traiectiones grammaticas tractavi; nunc exempla, quibus ex s e n s u *ὕστερον πρότερον* quod dicunt, ocurrat afferam. Huc pertinet primum III. 29. 1: *πρὶν δὴ τῇ Δήλῳ ἔσχον, προσμίξαντες δ' ἀπ' αὐτῆς τῇ Ἰκάρῳ καὶ Μυκόνῳ πυνθάνονται* . . ., ubi recte iam Haack. adnotavit, a Delo in Ioniam profectos Myconum prius quam Icarum attigisse. Quare quum inversus sit ordo, Haasius in Ephem. antiq. stud. 1836 p. 684 et in Lucubr. Thuc. p. 23 aut verba transponenda, aut *Πάρῳ* pro *Ἰκάρῳ* legen-

dum esse censuit, sed perperam. In universum veteres non anxie iustum ordinem in talibus observare, recte iam Blomfield. monuit. Immo vero in Thuc. plura eiusmodi occurrunt exempla. Ita, quae recte se habent, II. 92. 4[6] *ἐσέπλευσαν ἐς κόλπον τὸν Κρισαῖον καὶ Κόρινθον* perverso ordine repetuntur 93. 1. *τό ἐς Κόρινθόν τε καὶ τὸν Κρισαῖον κόλπον ἀναχωρῆσαν ναυτικόν.* — III. 102. 1. *ἐχώρει τῷ στρατῷ ἐπὶ τὴν Ναύπακτον διὰ τῶν Λοκρῶν καὶ πορευόμενος Οἰνεῶνα αἱρεῖ αὐτῶν καὶ Εὐπάλιον.* Ex Delphis Phocensium profectum exercitum, priusquam Oeneonem caperet, Eupalium iam expugnasse par est. cf. Liv. XXXVIII. 8. Krus. Hell. II. p. 173. Leak. Graec. sept. II. p. 618, unde haud dubium est, quin Thuc. inverterit ordinem nominum. — Porro VI. 72. 1 *καὶ οἱ μὲν — ἀπέπλευσαν ἐς τὴν Νάξον καὶ Κατάνην* legitur, quum expectes *ἐς τὴν Κατάνην καὶ Νάξον.* cf. c. 74. 1 et 2. — VIII. 88. de Alcibiade ex Samo Aspendum contendente dicitur: *καὶ ὁ μὲν ἄρας εὐθὺ τῆς Φασήλιδος καὶ Καύνου ἄνω τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο.* Attamen Phaselidem attingere nisi Caunum praetervectus non poterat. (Duk.) Bene ad h. l. adnotat Abresch.: Iterum inverso ordine geographico Thuc. scripsit c. 108. 1: *κατέπλευσε δὲ . . . ἀπὸ τῆς Καύνου καὶ Φασήλιδος ἐς τὴν Σάμον.* — Denique cf. VIII. 107. 1, ubi narrans, Athenienses Sesto Cyzicum navigasse, scriptor dicit: *καὶ κατιδόντες κατὰ Ἁρπάγιον καὶ Πρίαπον τὰς ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου—ναῦς—κ. τ. λ.*, quamquam primo loco *Πρίαπον*, altero *Ἁρπάγιον* exhibere debebat. cf. Strab. p. 587. Forbig. Geogr. II. p. 129.

Restat, ut de relicto in orationibus indicato rerum ordine pauca addam. — Quod in Atheniensium legatorum oratione capessendi imperii causae hae afferuntur I. 75. 2[3] *μάλιστα μὲν ὑπὸ δέους, ἔπειτα δὲ καὶ τιμῆς, ὕστερον καὶ ὠφελίας*, eaedem vero c. 76. 2 hoc ordine repetuntur: *ὑπὸ τῶν μεγίστων νικηθέντες, τιμῆς καὶ δέους καὶ ὠφελίας* haud debet cuiquam mirum esse; ibi enim temporis ex ratione, hic pro rerum vi eadem enumerantur. — Alia autem res est in oratione Periclis funebri, ubi orator, postquam II. 36. 3[4] dixerat, se expositurum *ἀπὸ δὲ οἵας τε ἐπιτηδεύσεως—καὶ μεθ' οἵας πολιτείας καὶ τρόπων ἐξ οἵων* ad tantam potentiam patria provecta sit, in seq. relinquens illum ordinem egit primum de republica (cf. 37. 1), tum de privatae vitae institutione (*ἐπιτήδευσις*) denique de ingenio ac moribus

(*τρόποι*) Atheniensium. In hac ipsa re tamen oratoria scriptoris ars conspicitur. Namque quum reipublicae forma conditio sit rationis, qua vita privata instituitur, haec autem una cum illa delineet singulorum populorum ingenium et mores, itaque logica verborum series sit: *πολιτεία, ἐπιτήδευσις, τρόποι*, illo ordine etiam res tractantur ab oratore. Altera vero ex parte oratoris est, in proponenda materia docilem et attentum reddere auditorem, id quod fit, maioris momenti re in fine, vilioribus in medio positis. Revera autem *πολιτεία* h. l. minoris est momenti. Est sane fons, unde cetera profluunt, sed, ut arboris pulchrae radice omissa nonnisi ramos et fructus praedicamus, ita orator radicem magnitudinis Athenarum, *πολιτείαν* non tam urget, quo uberius laudet cetera, quae magis conveniunt auditorum menti, quum tamen omnium laus et gloria ad rem publicam redeat. — Quae quum ita sint, in collocatione verborum nou est, quod offendas.

3. De pronominibus.

§. 13.

Adamat Thuc. pron. personale verbis arte cohaerentibus inserere, numeri studio ductus, quo magis illa, partim sono carentia, se inclinent ad voces alte sonantes. cf. I. 70. 1. *δοκεῖτε οὐδ' ἐκλογίσασθαι πώποτε, πρὸς οἵους ὑμῖν 'Αθηναίους ὄντας καὶ ὅσον ὑμῶν καὶ ὡς πᾶν διαφέροντας, ὁ ἀγὼν ἔσται.* (cf. I. 73. 2[3]). I. 128. 5[7] *εἰ οὖν τί σε τούτων ἀρέσκει.*cf. I. 68. 1. II. 13. 2[1]. 29. 1. 62. 2. 87. 1. 94. 3. III. 30. 1[2]. 32. 1[2]. Insolentius est III. 39. 2: *ἐζήτησάν τε μετὰ τῶν πολεμιωτάτων ὑμᾶς στάντες διαφθεῖραι*, ubi opposito *πολεμ.* traiectione *ὑμᾶς* admotum est. — cf. III. 56. 1. 61. 1. 68. 3[4]. — 101. 1[2]. 103. 1. *ξύμμαχοι ὄντες ἀποστάντες αὐτοῖς ἀπὸ Συρακοσίων ξυνεπολέμουν*, ubi *αὐτοῖς* pertinere ad *ξυνεπολ.* recte docet Haack. Etenim ne sensu *πρὸς αὐτούς* illud cum Bauero referamus ad *ἀποστ.*, vetat verbi *ἀφίστανται* vulgaris usus. — III. 111. 3[4]. IV. 25. 6[9]. 68. 1[2]. V. 28. 2; 82. 5: *ὅπως—ἡ κατὰ θάλασσαν σφᾶς μετὰ τῶν 'Αθηναίων ἐπαγωγὴ τῶν ἐπιτηδείων ὠφελῇ.* VII. 77. 4; 78. 4[6]. — Maxime autem in pronominis casu tertio ille usus valet. Cuius rei exemplum minus recte puto Boehmium afferre I. 6. 3: *καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων—οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ—*

ἐπαύσαντο κ. τ. λ. Melius enim ad solum subiectum h. l. αὐτοῖς referimus, cui, ut evitetur alter genitivus atque ambigua dictio αὐτῶν τῶν εὐδαιμόνων additum sit; cf. VI. 89. 3[4]. VII. 62. 3. Krueg. Gr. §. 48. 12. 1 et 2. Revera tamen illius, quem dixi, usus exempla sunt. I. 47. 2. V. 30. 6[5]. VIII. 2. 2[3]. IV. 123. 4.

Atque vero ex hoc dativi quasi abscondendi usu factum est, ut postea scriptor repetierit illum ad vocem, cui proprie debebat addi. cf. II. 88. 1[2] ὡς οὐδὲν αὐτοῖς πλῆθος νεῶν τοσοῦτον ἢν ἐπιπλέῃ ὅτι οὐχ ὑπομενετέον αὐτοῖς ἐστι, pr. ὡς οὐδὲν πλῆθος νεῶν τοσ. ὅτι ἢν ἐπιπλέῃ οὐχ ὑπομ. αὐτοῖς ἐστι.

Unde fortasse adduci possis, ut IV. 128. 2 οἱ γὰρ βάρβαροι καὶ ἐφοβήθησαν, τῆς τροπῆς αὐτοῖς ἐνταῦθα γενομένης σφῶν ἀπὸ τοῦ μετεώρου, καὶ κ. τ. λ. pleonasmum in pron. statuas. Sed recte Haack. ed. II. ad h. l.: „Et αὐτοῖς et σφῶν recte ad τῆς τροπῆς γεν. retuleris, quum genitivus indicet, qui fugerint, dat. autem, quorum interfuerit, eos non fugere.“ Itaque sub αὐτοῖς non Lacedaemonii intelligendi sunt cum Kistemakero, qui omnino perperam locum explicavit.

Iam vero in tanta traiecti pron. personalis exemplorum copia vix opus est moneam, ad VII. 71. 4[5] παραπλήσια δὲ καὶ οἱ ἐπὶ τῶν νεῶν αὐτοῖς ἔπασχον falso Popponem contendisse, per collocationem non licere, αὐτοῖς ex παραπλήσια pendens facere. Immo augetur hac explicatione loci vis, scil. intellectis sub αὐτοῖς cum Schol. τοῖς πεζοῖς τοῖς ἐν τῇ γῇ διατεταγμένοις, non vero Ἀθηναίοις (Pp.). Collocationem vero quod attinet, cf. III. 56. 3[5] οἱ μὴ τὰ ξύμφορα πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῖς ἀσφαλείᾳ πράσσοντες. Ipse Poppo h. l. iunxit αὐτοῖς cum ξύμφορα et recte quidem; nam quod Krueg. αὐτοῖς accipit pro dat. commodi ad πράσσ. pertinente, displicet, quum inde nimia vi αὐτοῖς collocatione efferretur, quam non inesse monstrant verba seq. hisce opposita. — Ceterum in universum de casibus a verbo remotis cf. infra §. 19.

Atque etiam αὐτός, ut vi efferatur, in initio enunciati collocatum, ad aliena transfertur. cf. I. 118. 3. καὶ αὐτὸς ἔφη ξυλλήψεσθαι I. 123. 2. αὐτοῦ ὑποσχομένου ξυλλήψεσθαι, ubi recto Krueg. monet, ad infinitivum pronomina pertinere, conferens Xen. Anab. III. 1. 24. Quo ex usu gravior traiectio orta est IV. 125. 2. Βρασίδας— ξυναγαγὼν καὶ αὐτὸς ἐς τετράγωνον τάξιν τοὺς ὁπλίτας—διενοεῖτο ἀναχωρεῖν, quo loco καὶ αὐτὸς ita collocatum est, quasi ratio,

quam in instruendo agmine Brasidas secutus sit, eadem, ac Perdiccae fuisse dicatur, quum revera pertineat ad solum *ἀναχωρεῖν*. Proprie igitur dicendum erat: — *διεν. καὶ αὐτὸς ἀναχ.* (scil. *ὥςπερ καὶ Περδίκκας*).

§. 14.

Genitivi pronominum, ut substantivorum varia et multifaria est collocatio; coërcent tamen in pronom. scriptoris libertatem certae partitivae et attributivae, quam vocant, collocationis regulae, quas plerumque non neglexit.

Prae aliis formae *σφῶν* latissime patet apud Thucyd. usus (cf. Krueg. gr. §. 47. 9. 13.), eamque haud raro traiectam reperies, aut ante nomen, cf. II. 5. 3[5]: *ἐν σπονδαῖς σφῶν πειραθέντες καταλαβεῖν τὴν πόλιν.* IV. 24. 3[4]. 27 1. V. 71. 3[2]; VII. 36. 4; 56. 1[2]; aut post nomen, cf. I. 25. 2 *τόν τε οἰκιστὴν—σφῶν.* IV. 128. 2, (vide supra §. 13). V. 14. 1[2]. VII. 49. 3[2]: *ἐν ᾗ τά τε τῆς ἐμπειρίας χρήσιμα σφῶν ἔσται* q. l. quum Blomf. interpretetur: „peritiae commoda sua futura sint" iungens *τά* cum *χρήσιμα*, *σφῶν* vero cum *ἔσται* (cf. Matth. Gr. §. 315. II. 1.) ita ut non traiectum sit, suadent tamen loci sensus atque Thucydidis usus substantivorum notionem circumscribendo efferendi cf. II. 60. 1 *τὰ τῆς ὀργῆς* (pro *ἡ ὀργή*) *ὑμῶν.* IV. 54. 55. VIII. 43 etc.; Matth. Gr. §. 285 (et 284), ut *τὰ τῆς ἐμπειρίας* coniungamus, unde pendeat traiectum *σφῶν*, *χρήσιμα* denique praedicatum faciamus; sic iam Schol. interpretatus est adnotans: *τῇ ἐμπειρίᾳ αὐτῶν χρήσεσθαι δυνήσονται.* —

Reflexivi *σφῶν αὐτῶν* genit. partitivus partitive ponitur III. 81. 3[4] *σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐχθρούς.* IV. 41. 2; V. 64. 2. cf. Krueg. Gr. §. 47. 9. 17. Contra, qui partitive collocandi erant, personalium pron. genitivi attributive, quod vocant, ponuntur interdum, ubi post articulum nominis attributum additum est. I. 144. 1: *τὰς οἰκείας ἡμῶν ἁμαρτίας.* II. 32. 3[4]. IV. 55. 3[2]. cf. Plat. Gorg. 509. B. Krueg. Gr. §. 47. 9. 16. (Ex Isocrate eiusmodi collegit Rost. Gr. §. 99. 3. a.)[1])

Prorsus autem insolens est,[2]) non antecedente adiectivo etc. pronomen partitivam exigens collocationem articulo et substan-

[1]) Patet, minus recte Braun. l. c. p. 21 unum eiusmodi locum (IV. 55. 3.) tanquam singulare quoddam hyperbaton exhibuisse.

[2]) Cf. Krueg. Gr. §. 47. 9. 11; Rost. Gr. §. 99. 3. adn. a.

tivo interponere. Huc refert Poppo Thucyd. III. 22. 4[6] *ἐθορυβοῦντο μὲν οὖν κατὰ χώραν μένοντες, βοηθεῖν δὲ οὐδεὶς ἐτόλμα ἐκ τῆς αὑτῶν φυλακῆς.—αὐτῶν* h. l. praebent Codd. Pal. It. Vat. H. Reg. Lugd. recepitque praeter Popponem Bekkerus, adversantibus Kruegero, aliis, atque optimorum librorum lectionem *ἑαυτῶν* retinentibus. Offendit Poppo in vulgati *ἑαυτῶν* plurali insolenter ad *οὐδείς* relato, ansamque mutandi dedit altera codicum lectio *αὐτῶν*, quae forma (ad subiectum verbi *ἐθορυβοῦντο* relata) propter mutatum in *οὐδείς* subiectum, ut non reflexiva, aptior esse videbatur; confirmarunt eum denique in hac sententia alia, quae contulit, *αὐτοῦ* ita collocati exempla. Attamen constat, saepius et alios et Thuc. a singulari numero ad pluralem subiecti in eodem enunciato transire et vice versa, atque in ipsa hac re retinere reflexiva; cf. Krueg. Gr. §. 58. 4. 3. Itaque recte Schol. enodavit locum ita: *ἐκ τῆς ἑαυτῶν φυλακῆς ἀντὶ τοῦ καταλιπὼν τὴν ἑαυτοῦ φυλακήν*, unde rursus illum iam *ἑαυτῶν* legisse apparet. Quare non est, cur hoc reiiciamus.

Quum igitur ab illo loco absit traiectio, ceteros iam locos a Poppone allatos III. 91. 2. V. 10. 9. VIII. 48. 4. quod attinet, Krueger. ad III. 91. 1. omnes aut mutandos aut interpretando detorquendos esse censet, ita ut traiectio omnis evanescat. — Satis quidem notum est, in codd. fluctuare saepius formas *αὐτῶν* et *αὑτῶν* atque idcirco, quid genuinum sit, certo discernere valde lubricum esse, praesertim, quod reflexivi usus apud Thuc. non tam artis finibus coërcetur cf. Poppo. ad I. 17. 1. Krueg. ad IV. 109. 1. Blum. Animadv. p. 19; Arndt. de pron. reflex. I. p. 22 sq., 37 sq. etc. Krueg. Gr. §. 47. 9. 13, singulisque locis pronomen alius in alias partes potest trahere. Nihilominus, licet de singulis locis hisce de causis certi quid statuere difficile sit, non prorsus probaverim Kruegeri diiudicandi normam supra allatam. Namque quum alios, tum Atticos scriptores traiectiones pron. personalium non plane respuere, elucet ex compluribus locis, quos ipsos mirum quomodo Krueg. ad comprobandam suam regulam partim vexaverit. cf. Anacr. 81. *αἵ δέ μευ φρένες*, Aesch. Choëph. 277. *τὰς δὲ νῶν νόσους*. Soph. Oed. R. 1458. *ἡ μὲν ἡμῶν μοῖρα*. Aristoph. Lys. v. 168. *τὼς μὲν ἁμῶν ἄνδρας*. Av. 1110. *τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας*. Lys. v. 416 *τῆς μου γυναικός* (Krueg. *μοι*). Theocr. V. 2. *τό μευ* (Kr. *μοι*) *νάκος*. De reflex. cf. Aristoph. Pac. v. 880.

(Kr. ἐμαυτῷ pro genit.) etc. Vide Krueg. Synt. Dial. §. 47. 9. adn. 5. 6. 7. 8. Iam vero ad Thuc. si respicimus, eiusdem traiectionis exemplum est III. 65. 2[3] τούς τε ὑμῶν χεῖρους, ubi vel genit. partitivus pronominis per se iam partitive collocandi interpositus est. Alius locus est VI. 89. 1[2], ubi tamen codd. omnium lectio τῶν δ'ἡμῶν προγόνων ab Haackio primo mutata est, pro δ'ἡμῶν recepto δ'ἐμῶν, ut deleretur traiectio. Per se quidem tantum abest, ut suspectus sit pluralis ille ἡμῶν, ut ex oratoria maiestate Alcibiadis grandiloqui bene se habeat. Praeterea ad gentem respicere oratorem illo plurali vult Arnold. Atque quod Bauerus opponit, ἡμετέρων in plurali desiderari, futile est; cf. II. 39. 3. III. 47. 2[3] etc. Sed haud nego, facile elici posse ex codd. scriptura singularem, quem etiam Valla convertit, si quidem ΔΗΜΩΝ putamus falso a scribis seiunctum esse in Δ'ΗΜΩΝ, ubi debebat seiungi: ΔΗ'ΜΩΝ. Atque vero, quia nexus sententiarum δή postulat (cf. Krueg. ad I. 37. 2) particulae δέ rationem autem frustra interpretes proferre studuerunt, non Haackii coniectura, sed ipsum δὴ ἐμῶν mihi placet. Idem video Reiskium proposuisse, Bauero arrisisse, Kruegero probari. Quare mittamus h. l., non quod ἡμῶν ita collocatum ferri non posse censeam, sed propter particulae vitium. — Tum cf. VI. 64. 2 τοὺς γὰρ ἂν ψιλοὺς τοὺς σφῶν, ubi opposita καὶ τὸν ὄχλον τῶν Συρακοσίων causa repetiti ad σφῶν articuli esse videntur. — Reflexivi denique insolens collocatio occurrit II. 68. 5[9] ἀπὸ τοῦ ἀνδραποδισμοῦ σφῶν αὐτῶν, quem ad locum Krueg. confitetur, perraro sic pronomen collocari. Similia tamen sunt Lys. XIII. 72. Andoc. II. 2. cf. Arndt. de pron. reflex. I. p. 30.

Iam locos, quibus tertiae personae pronomen αὑτοῦ traiectum esse mihi saltem videatur, afferre licebit: III. 91. 1[2] τὸ αὑτῶν ξυμμαχικόν, (Krueg. αὐτῶν) VIII. 48. 4. ἐν τῇ αὑτοῦ ἀρχῇ. Perverse autem V. 10. 9. attulit Poppo; cf. supra §. 11.

§. 15.

Ut personalia, ita demonstrativa quoque pron. vocibus artius cohaerentibus interdum inseri, apparet ex II. 49. 3[5] καὶ πολλοὶ τοῦτο τῶν ἠμελημένων ἀνθρώπων καὶ ἔδρασαν. Sed hoc minoris est momenti. Memorabile autem est, οὗτος ex epanalepsi positum interdum alterum obtinere locum, quum plerumque (cf. Matth.

Gr. §. 472. 2. Krueg. Gr. §. 51. 5. 1) in initio collocetur. Causa est, ut vim accipiat vox anteposita. Exempla sunt II. 51. 1[2] *τὸ γάρ τῳ ξυνενεγκὸν ἄλλον τοῦτο ἔβλαπτε.* III. 12. 1. *ὅ τε τοῖς ἄλλοις μάλιστα εὔνοια πίστιν βεβαιοῖ, ἡμῖν τοῦτο ὁ φόβος ἐχυρὸν παρεῖχε.* H. l. variis modis explicatum equidem (*πίστιν* retinens) sic converto: Qua in re[1]) aliis maxime benevolentia fidem confirmat, hanc rem nobis metus firmam reddidit." Sententia igitur haec subest: Aliorum foedera benevolentia, nostrum metu continetur.[2]) — Cf. Xenoph. Cyrop. III. 2. 15. Plat. de republ. p. 345. B; Eur. Herc. v. 1328. etc. Eodem pacto *οὕτω* participiale enunciatum complectens (cf. III. 96. 2. IV. 88. Krueg. Gr. §. 56. 12. 4.) postpositum est VI. 61. 4: *βουλόμενοι αὐτὸν—ἀποκτεῖναι πέμπουσιν οὕτω τὴν Σαλαμινίαν ναῦν κ. τ. λ.* Atque in universum voci, quam extollit, *οὕτω* interdum postponitur. cf. I. 39. 3. *ἐγκλημάτων δὲ μόνων ἀμετόχους οὕτω τῶν μετὰ τὰς πράξεις τούτων μὴ κοινωνεῖν,* qui locus in optimis libris non exstans atque iure a Bekkero et Poppone exsectus, si cui retinendus cum Krueg. videatur, aptissime coniunctis *ἐγκλ.* et *κοιν.*, *τῶν... πράξεις* et *ἀμετ.*, *οὕτω* et *ἀμετ.* enodaveris. — II. 93. 2[3]: *ἐξαπιναίως οὕτως.* cf. II. 11. 4[6] *οὐδ' ἐπὶ ἀδύνατον ἀμύνεσθαι οὕτω πόλιν ἐρχόμεθα,* ubi iunge *οὕτω* cum *ἀδύνατον*, vertens: „contra urbem non adeo imparem." — Cf. Xen. Anab. II. 4. 7; IV. 8. 26 etc. Arr. exp. Alex. I. 4. 4.

Porro ex studio scriptoris, mutandi in altero membro orationem orta est compluribus locis traiectio in *ὁ μέν*, quum post additamenta demum, quae ad primum membrum pertinent, collocatum sit, acsi illa utrique membro communia sint. cf. II. 52. 3[4] *ἐπὶ πυρὰς γὰρ ἀλλοτρίας φθάσαντες τοὺς νήσαντας οἱ μὲν ἐπιθέντες τὸν ἑαυτῶν νεκρὸν ὑφῆπτον, οἱ δέ, καιομένου ἄλλου, ἄνωθεν ἐπιβαλόντες ὃν φέροιεν ἀπῄεσαν.* Quo loco quum ante *ἐπὶ πυράς* proprie collocandum fuisse *οἱ μέν* et *γάρ*, Krueg. censeat, mea sententia *οἱ μέν* ante *φθάσαντες* poni debebat. Namque *ἐπὶ πυρὰς ἀλλοτρίας* commune est utrique membro, quia ad *ἐπιθέντες* in prima, atque ad *ἐπιβαλόντες* in altera parte spectat; contra *φθάσαντες τοὺς νήσ.* ad primum tantum pertinet membrum, quum

[1]) subintelligo foedus.

[2]) Non opus ergo est, cum Poppone *πίστιν βεβαιοῖ* in unam notionem nos contrahere et inde *ὅ* pendens facere.

in altero ei opponatur *καιομένου ἄλλου* (sc. *νεκροῦ*) et sensus sit: in alienos apparatus alii praeoccupantes rogum, alii, quum iam in eo cadaver cremabatur, mortuos iniiciebant. — VI. 76. 4. *οὐ περὶ τῆς ἐλευθερίας — ἀντέστησαν, περὶ δὲ οἱ μὲν σφίσιν .. καταδουλώσεως οἱ δ'ἐπὶ δεσπότου μεταβολῇ*, ubi propter repetitam in altera parte praepositionem *οἱ μέν* ante *περί* collocatum velis. cf. VII. 36. 4. *αὐτοὶ γὰρ ... τὸ μὲν οὐ δώσειν, διεκπλεῖν, τὸ δὲ τὴν στενοχωρίαν κωλύσειν, κ. τ. λ.* (pr. *τὸ μὲν γὰρ αὐτοὶ οὐ δώσειν κ. τ. λ.*) cf. §. 13 fin. De I. 38. 3[5] vide infra §. 28. Diversa est res iis locis, quibus participium ad alterius tantum membri subiectum (*ὁ δέ*) aptum in initio enunciati positum est, ac per *ὁ μέν*, cui aliud subest subiectum, ab *ὁ δέ* separatur. cf. IV. 80. 3[4] et Krueg. ad h. l. Namque talia ex propria Thucydidis syntaxi (cf. Poppo l. 1. p. 108) orta sunt.

§. 16.

Indefinita et pronomina et adverbia, utpote quae sono plerumque careant, saepius alienis inseri res est notissima. Id maxime conspicitur in *τὶς*. cf. I. 10. 1. Sed prae aliis memorabilis est locus I. 46. 2[3] *ἐς τῶν ἐκείνων τι χωρίων*, de quo multum iam in contrarias partes disputatum est. Primum ad ipsam notionem genitiv. h. l. occurrentium quod attinet, recte iam L. Valla expressit vertens: adversus aliquod ex illorum oppidis. In ambigua autem verborum ratione ne haereas, cf. I. 141. 3 *ἀπὸ τῶν αὐτῶν* (nom. *τὰ αὐτῶν*) etc. Xen. Hell. IV. 8. 33. *τῶν ἐκείνων ξυμμάχων* (nom. *οἱ ἐκείνων ξύμμαχοι*). cf. Krueg. Gr. §. 47. 9. 8. Iam vero interpretes et alii et Krueg. eam, quam exhibui, lectionem codd. fere omnium et L. Vallae propter insolentem collocationem reiecerunt emendaruntque h. l. et altero, quo eadem verba occurrunt I. 53. 4: *χωρίον*. Eidem sententiae addictus est Buttmann. Gr. §. 111. adn. 1. hanc collocationem nonnisi Ionicam esse contendens et Bernh. Synt. p. 314, qui ex Atticis uni Xenophonti eam tribuit. Sed accurate distinguendum est in hac re. Concedo eam collocationem, qua *τὶς* statim post articulum genitivi ponitur, minime esse Atticam, sed potius Ionicam. cf. Herod. V. 101. *τῶν τις στρατιωτέων*. VII. 146. Sed ubi additum est genitivo attributum, hoc inter et nomen etiam Atticorum more *τὶς* inseri posse contendo. cf. Xen. Anab. II. 5.

32 τῶν βαρβάρων τινὲς ἱππέων, et Krueg. ad h. l. Plat. Gorg. p. 451 A. et B.; Legg. II. p. 915. B. Isocr. ad Phil. p. 97. C. τῶν ἀρ' Ἡρακλέους τινὶ πεφυκότων. Eiusdem usus ex Demosth. exempla attulit Krueg. Gr. §. 47. 9. 20. Minime autem a Thuc. talia absunt. cf. III. 5. 1. τῶν ἄλλων ὀλίγοι τινὲς ξυμμάχων. V. 4. 3[4]. V. 82. 4[6]. VI. 47. 2 τῶν ἄλλων τινὰ πόλεων. — Sed Krueg. ad h. l. illa exempla non quadrare putat, quum in iis τὶς non, ut h. l., a praepositione pendeat. At si constat Atticorum ille τὶς interponendi usus, equidem non video, cur accedente praepos. h. l. contra codd. auctoritatem illum reiiciamus. Immo, quod h. l. et altero I. 53. 4 constanter omnes libri retinuerunt χωρίων, etsi facile scriba corrigendi cupiditate adigi potuerit, ut mutatione levissima rem ad planum perduceret, confirmat meam sententiam, ex ipsius Thuc. manu hanc profectam esse lectionem.

Iam, quum attulerim exempla pron. τὶς alieno loco inserti, dicendum est, quomodo additum ad subst. vel adverbium τὶς collocari soleat. Vulgo tunc postponi τὶς a scriptoribus, satis notum est, sed Thuc. saepius praeposuit et substantivo (cf. II. 21. 1; IV. 96. 5[7]; VI. 89. 1[2]; 93. 2; VII. 18. 2. 60. 2; 75. 6 quare in τινὰ ζεύγη VI. 7. 1 frustra haeret Burges.) et adverbio cf. IV. 21. 4[3] τι μᾶλλον; 27. 3[4] τι τὸ πλέον, ubi tamen ratione a Krueg. ad I. 140. 6 et Popp. ad VII. 2. 4 prolata possis interpretari; IV. 78. 5 τι πλέον, quod tamen melius eadem ratione ad τὸ κωλῦσον refertur. cf. Herod. VI. 123. Arr. exp. Alex. IV. 1. 2. V. 27. 4. VII. 17. 1 (Kr.) cf. Matth. Gr. §. 487. 4 et 6. — Addo, VI. 34. 2 του τρόπου et VII. 77. 6 του φιλίου χωρίου praeter collocationem etiam forma Thucydidem pronomen articulo accommodasse. cf. Aristoph. Plut. v. 674. (Kr.)

Quodsi per coniunctionem (conditionalem potissimum) incipit enunciatum, statim huic τὶς adiungere scriptor studet. Sic ad εἰ μή (nisi) statim addidit τὶς III. 2. 2[3], V. 14. 3[4], VIII. 53. 3[2], a quo usu recessit IV. 68. 5[6]. cf. Krueg. ad h. l. Ex hac τις ad εἰ asserendi consuetudine et profluxere ea, quae infra §. 29 et 31 exponam, et factum est, ut, sicut ἄν etc., post interposita alia iteratum τὶς inveniatur. Etenim ratione a similium locorum III. 54. 1[2] εἴ τι—ἀγαθὸν πεποιήκαμεν, III. 63. 2; 68. 1[bis] diversa legitur III. 52. 3[4] εἴ τι—ἀγαθόν τι εἰργασμένοι εἰσίν, qua

de re cf. Herm. ad Soph. Trach. 940. Fritzsch. Quaest. Luci. p. 24. Krueg. ad Dion. p. 5 et add. ad h. l. Neque vero opus est h. l. per „ob etwa“ (Krueg.) εἴ τι vertamus, quamquam, ut latinum „numquid“, haud raro εἴ τι abit in meram particulam conditionalem, quia omnino constat ille τὶς iterandi usus; neque aptum illud est ex analogia locorum allatorum.

Etiam in aliis pron. indef. scriptor usitatiora reliquit. cf. IV. 14. 3 ἄλλο οὐδέν (vulgo οὐδὲν ἄλλο) de quo cf. Klotz. ad Dev. p. 44. — II. 72. 4[3] ἄλλο εἴ τι (vulgo cf. II. 75. 2, VI. 69. 5[3] etc. εἴ τι ἄλλο) de quo cf. Krueg. ad Xen. Anab. IV. 5. 5. — ἄλλα ὅσα II. 96. 3 etc. cf. Krueg. Gr. §. 51. 10. 10. — Neque vero a communi usu Thuc. discedit, formas οὐδέτερος et μηδέτερος in ipsarum partes dissecans, cf. II. 67. 5[4]. μηδὲ μεθ' ἑτέρων. II. 72. 2[1]; VI. 44. 4[3]; VII. 33. 2; V. 48. 1; VII. 44. 1; VII. 42. 6. οὐδὲ γὰρ καθ' ἕτερα. Nam ille usus, quum per se nihil sit nisi litotes, quam vocant, augens vim negationis, probatur consuetudine Atticorum. cf. Dem. c. Mid. §. 32 d. οὐδὲ καθ' ἕν cf. Buttm. ad h. l. Brem. Exc. III. ad Isocr. tom. I. Poppo ad Xen. Cyr. II. 1. 22. Krueg. ad Dion. p. 168; eamque posteriores demum reliquerunt. cf. Aristot. eth. ad Eud. III. 7. μετ' οὐδετέρου etc. (Kr.)

§. 17.

Pron. relativum nonnunquam ei voci, cui vis inest, postponitur atque etiam ulterius traiicitur. cf. I. 77. 1[2] βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ, δικάζεσθαι οὐδὲν προςδέονται. — II. 40. 4 ὥςτε ὀφειλομένην δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε σώζειν Huepeden., alii δι' εὐνοίας cum ᾧ δέδωκε iungunt. Sed iam Poppo recte adnotavit, illis non inesse eam vim, ut iure anteposita sint; pertinent potius ad σώζειν mea sententia; cf. Popp. ad h. l. — II. 46; 61. 3[4] δικαιοῦσι τῆς τε ὑπαρχούσης δόξης αἰτιᾶσθαι ὅςτις μαλακίᾳ ἐλλείπει, ubi τῆς—δόξης ab ἐλλ. pendet cf. I. 80. 3[4] atque Popp. et Krueg. ad h. l. Krueg. Gr. §. 47. 16, itaque insolentius traiectum est. — III. 39. 2; 42. 2; 66. 2. ἐπιθέμενοι δὲ παρὰ τὴν ξύμβασιν οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε, οὐχ ὁμοίως ἀλγοῦμεν—οὓς δὲ χεῖρας προϊσχομένους—διεφθείρατε, πῶς οὐ δεινὰ εἴργασθε; ubi ἐπιθέμενοι —, quia ad alterum quoque enunciatum relativum spectat, simulque antecedentibus τὰ μὲν ὅμοια οὐκ ἀνταπέδοτε ἡμῖν in uni-

versum respondet, ante relativum collocatum esse videtur. — III. 82. 9[8] ὥςτε εὐσεβείᾳ μὲν οὐδέτεροι ἐνόμιζον, εὐπρεπείᾳ δὲ λόγου οἷς ξυμβαίη ἐπιφθόνως τι διαπράξασθαι, ἄμεινον ἤκουον, ubi cum Schol., Valla, Poppone, aliis εὐπρ. δέ cum διαπράξασθαι iungens ad enunciatum relat. refero. Quod Krueg. dissentiens putat, sic deleri sententiae oppositionem, quae sit haecce: Der Religiösität bedurfte es nicht; bessern Ruf, als sie, schaffte eine beschönigende Darstellung gehässiger Thaten, fateor me non assequi eius mentem nec quomodo distet alterius explicationis (vid. Popp.) sensus,[1]) nec quomodo, praesertim vi elato illo εὐπρ. λόγου, oppositio tollatur. — III. 87. 1[2] ὥςτε Ἀθηναίων γε μὴ εἶναι ὅτι μᾶλλον ἐκάκωσε τὴν δύναμιν, ubi genit. a δύναμιν pendet. — VI. 33. 3. ὁρᾶτε ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων ὅτῳ τρόπῳ κάλλιστα ἀμυνεῖσθε αὐτούς. Quod h. l. Bauerus ἀπὸ τῶν ὑπαρχ. ad ὁρᾶτε refert vertens, consilium ex re capite (cf. Tacit. Ann. I. 24 ex re consultandum) neque vero ad ἀμυν., qualem traiectionem non amet Thuc., hoc saltem locc. cc. satis refutatum est. Ceterum mihi h. l. maxime ex re esse videtur, illa pro traiectis accipere, idemque statuunt Krueg. et Poppo. cf. Krueg. ad VII. 76. 1. — VI. 36. 1: τοὺς Ἀθηναίους ὅςτις μὴ βούλεται οὕτω κακῶς φρονῆσαι—δειλός ἐστιν—. τοὺς δὲ ἀγγέλλοντας κ. τ. λ. ubi propter opposita τοὺς δὲ ἀγγ. elatum est τοὺς μὲν Ἀθ. — Eandem collocandi rationem Latinis quoque familiarissimam esse, quis et qui nesciat? cf Kuehn. ad Cic. Tusc. III. 15. 32. — Ceterum minus recte Poppo huc refert IV. 80. 2[3] αὐτῶν ὅσοι, quum haec vulgaris sit collocatio cf. Krueg. Gr. §. 47. 28. 2, nec insit traiectio. (cf. III. 16. 1. II. 90. 4[5]. IV. 113. 2.) — Quod denique attinet II. 70. 2[4] καὶ οἱ μὲν ὑπόσπονδοι ἐξῆλθον ἐπὶ τὴν Χαλκιδικὴν καὶ ἕκαστος ᾗ ἐδύνατο possis explicare ex traiectione, ita ut proprie καὶ ᾗ ἕκαστος ἐδύνατο id quod asseritur ad ἐπὶ τὴν Χαλκ. scribendum fuerit. Krueg. vel recepit ᾗ ἕκαστος ex tribus pravis codd. atque ᾗ vertit per quomodo. Equidem vero καὶ ἕκαστος malim ad οἱ μέν adiungere, καὶ explicativo,

[1]) Detorquet illum Kruegerus vertens ex ea sic: wem es gelingen mochte, unter irgend einem schönklingenden Grunde etwas Unerhörtes zu verüben, quum aptius et rectius pro unter einem schönklingenden Grunde vertas „durch eine schönklingende Darstellung“ et pro verüben dicas „durchsetzen“.

porroque ᾗ locali sensu („quo") accipiens, ut loci ratio sit: illi abierunt in Chalcidicen, et singuli quidem eo, ubi refugium inveniebant. Neque vero languida est haec sententia et inutilis, sed exprimitur illa adiecta, non in unam urbem coiisse Potidaeatas in Chalcidice, nec novam condidisse urbem, sed singulos inter Chalcidenses dispersos sedes posuisse. Abest igitur traiectio ab h. l.

Porsus contraria ratione saepius in enunciatum relat. vel voces enunciati primarii inseruntur. Ita et numeralia (de quibus vide infra §. 18.) et adiectiva scriptor enunciato relat. praedicativae appositionis vice apponit, non ipsi nomini, ad quod pertinent. cf. Matth. Gr. §. 443. 2. Utrumque ex linguae Graecae indole esse, vix opus est moneam. Exempla sunt IV. 127. 2. *καὶ τὴν ἐςβολήν, ᾗ ἐστι μεταξὺ δυοῖν λόφοιν στενὴ ἐς τὴν Ἀῤῥιβαίου.* V. 79. 3[4] *ἐς πόλιν ἐλθεῖν, ἅντινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πολίεσσι δοκοίη*, quo loco quum Poppo cum Porto explicans verterit:.. „quamcunque utrisque civitatibus aequam iudicaverit," equidem non video, Goelleri explicatione hunc constituentis ordinem: *ἐς πόλιν ἐλθεῖν ἴσαν, ἐς ἅντινα ἀμφοῖν ταῖς πολίεσσι (ἰέναι) δοκοίη* quid melius se habeat et pro linguae indolae, cf. Goell. ad h. l., et pro loci sensu. Etenim *ἴσαν* per *ἀμφοῖν ταῖς πολίεσσι* definiri languidum est, quum per se pateat, *ἴσην πόλιν* esse nostrum ein neutraler Staat; contra ut quae utrique discordi civitati placeat, ea index eligatur, in foedere appeti atque h. l. exprimi par est. Atque vero quod secundum Popponis explicationem ex alterius civitatis arbitrio civitas aequa ad iudicium evocatur, ne quadrat quidem ad Graecorum morem, quos constat plerumque primum legatos ad discordem civitatem misisse petituros, ut ex communi consilio ad iudicem lis deferretur cf. I. 28. 2. — VIII. 11. 1. *ἐς τὸ νησίδιον ὁρμίζονται ἐν ᾧ οὐ πολὺ ἀπέχοντι ἐστρατοπεδεύοντο.*

Neque vero adiectiva tantum, sed eadem ratione etiam substantiva enunciato relat. inseri, patet ex II. 62. 3[2] *καὶ οὐκ ἔστιν ὅςτις ὑμᾶς οὔτε βασιλεὺς κωλύσει, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔθνος*, ubi desideres: *οὐκ ἔστιν οὔτε βασ. οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔθνος, ὅςτις (ὅτι) ὑμᾶς κωλύσει;* sed quia quasi unam notionem efficiunt *οὐκ ἔστιν ὅςτις*, non seiuncta sunt. Simile est II. 88. 1[2] *ὡς οὐδὲν αὐτοῖς πλῆθος νεῶν τοσοῦτον, ἣν ἐπιπλέῃ, ὅ,τι οὐχ ὑπομενε-*

τέον αὐτοῖς ἐστι, quem ad locum recte adnotavit Poppo: „*ἣν ἐπ.*, quae proprie post *ὅτι* collocanda videbantur, ideo ante hoc sunt posita, quod Thuc. *οὐδὲν—ὅ,τι οὐχ* arte voluit cohaerere."

Saepius genitivum substantivi in enunciatum relat. transpositum invenies. cf. II. 45. 1. *Παισὶ δ'αὖ, ὅσοι τῶνδε κ. τ. λ.*, (pr. *παισὶ δ'αὖ τῶνδε* cf. 44. 1). II. 48. 2[3]; IV. 109. 1 (vide Krueg. ad h. l.) V. 36. 1. VI. 100. 1, VII. 43. 3, cf. Pflugk. ad Eurip. Hel. v. 1027. Krueg. Gr. §. 47. 9. 5 — Adiicio denique, sine iusta causa VII. 70. 8. *'Αθηναίους* quod a relat. *οὓς*, quocum cohaeret, separatum sit, Dukero suspectum fuisse, cf. Krueg. Gr. §. 51. 12. Synt. Dial. §. 57. 10.

4. De numeralibus.

§. 18.

Haud raro Thuc. singulis numeralibus interposuit substantivum idque modo minore, modo maiore numero post nomen addito. Illius usus haec sunt exempla: I. 29. 1. *ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ πέντε*. 96. 2. 116. 1. IV. 39. 1. VII. 34. 3. Altera ratio occurrit I. 87. 4[6]. *ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει καὶ δεκάτῳ*, quo loco Poppo contra optimos Codd. Pal. It. Vat. etc. recepit *ἐν τῷ τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει*, parum, ut videtur (cf. Popp. scr. discr.) cognitum habens hunc Thuc. usum. — III. 87. 2[3] IV. 38. 4[5] cf. Plat. Legg. p. 810. A. Krueg. ad Dion. p. 314. Krueg. Gr. §. 24. 2. 7. — Tum vel aliena inserit inter numerale et subst. cf. V. 47. 1. *ἑκατὸν 'Αθηναῖοι ἔτη καὶ 'Αργεῖοι*. Vide supra §. 9. — Denique prorsus separata a nomine numeralia in enunciatum relativum praedicativae appositionis vice scriptor transtulit. cf. IV. 113. 2 *ἐς τὰς ναῦς, αἳ ἐφρούρουν δύο*. VII. 43. 4. VIII. 23. 3[4]. cf. Krueg. Gr. §. 47. 28. 4.

5. De verbis.

§. 19.

In universum plerumque a fine enunciati scriptor verbum removit. Inde enunciato secundario, infin. eiusque additam. etc. verbum finitum saepissime interiectum reperies. cf. III. 24. 1. *νομίζοντες ἥκιστα σφᾶς ταύτην* α ὐ τ ο ὺ ς ὑ π ο τ ο π ῆ σ α ι *τραπέσθαι*,

τὴν ἐς τοὺς πολεμίους. I. 23 5[6]. 137. 2. 138. 5[4]. 140. 5[4]; 143. 2[3]. II. 5. 3[5]. 24. 1 etc. 36. 3[4]. 81. 5[7] etc. Eodem spectat mos verbum ex pluribus enunciati membris primo statim adiiciendi (cf. supra §. 5.) cf. I. 140. 4[3]; II. 84. 2 etc.; ita primo plurium participiorum additum est I. 19. I. 21. 1. IV. 90. 2. VI. 68. 4. . . . μνησθέντες ἐπέλθετε—καὶ—ἡγησάμενοι. VI. 83. 1. VIII. 47. 1. cf. Krueg. ad Xen. Anab. VII. 8. 16.

Haud raro nimis longe a casu suo verbum remotum est. cf. III. 15. |1. καὶ τὴν—ἐσβολὴν τοῖς τε ξυμμάχοις — — κατὰ τάχος ἔφραζον ἰέναι ἐς τὸν Ἰσθμὸν τοῖς δύο μέρεσιν ὡς ποιησόμενοι, de quo loco cf. Arnold. ad h. l. et Kaempf. Quaest. Thuc. p. 21. Simile est VIII. 15. 1. τά τε χίλια τάλαντα, ὧν — — — ἐγλίχοντο μὴ ἅψασθαι,· εὐθὺς ἔλυσαν τὰς ἐπικειμένας ζημίας, τῷ εἰπόντι ἢ ἐπιψηφίσαντι ὑπὸ τῆς παρούσης ἐκπλήξεως καὶ ἐψηφίσαντο κινεῖν. Cobet. Hyper. p. 375. h. l. pro ἔλυσαν λύσαντες legi et καὶ ante ἐψηφ. eiici vult. Poppo vero suo iure nihil mutans putat, accus. (τὰ—τάλαντα) pendere ex κινεῖν infinitivo ex proximis καὶ ἐψηφίσαντο κινεῖν ad participia τῷ εἰπόντι ἢ ἐπιψ. repetendo. Quod si tibi nimis longe petitum videatur, possis etiam ita iungere, ut τὰ— τάλαντα, quae est principalis enunciati notio, accusativi absol. vice (sensu „quod attinet ad-") in initio positum esse putes, cuius diversi casus ad singula deinceps facile subaudiantur, porroque ad τῷ εἰπόντι ἢ ἐπιψηφ. ex antecedentibus ἅψασθαι suppleas. De eiusmodi casu absol. nonnulli cogitarunt etiam II. 62. 1: τὸν δὲ πόνον τὸν κατὰ τὸν πόλεμον, μὴ γένηταί τε πολὺς καὶ οὐδὲν μᾶλλον περιγενώμεθα, ἀρκείτω μὲν ὑμῖν καὶ ἐκεῖνα ἐν οἷς ἄλλοτε πολλάκις γε δὴ ἀπέδειξα οὐκ ὀρθῶς αὐτὸν ὑποπτευόμενον, ubi praemissum τὸν πόνον vel per pronomen (αὐτόν) postea rursus exceptum est. Sed prorsus recte Poppo et Krueg. eos, quos dico, casus a verbo remotos stricte ab hoc pendentes faciunt, ceterumque h. quidem l. satis superque illustrarunt. cf. Matth. Gr. §. 472. 1. a. — Addo VI. 76. 1. cf. Krueg. ad h. l. Confirmant illam sententiam loci, ubi dativus a verbo remotus simili modo per αὐτός repetitur, IV. 93. 2; VII. 4. 4, (cf. I. 80. 3.)

Ut casus nominis, ita etiam enunciatum secundarium saepius a verbo, unde pendet, separatum est alieno interiecto verbo. cf. I. 144. 2. νῦν δὲ τούτοις ἀποκρινάμενοι ἀποπέμψωμεν, Με-

γαρέας μὲν ὅτι ἐάσομεν κ. τ. λ. II. 12. 3. V. 83. 3. VIII. 86. 4[6]. Eodem pertinet I. 102. 2[3] δείσαντες τῶν Ἀθηναίων—τὴν νεωτεροποιίαν καὶ ἀλλοφύλους ἅμα ἡγησάμενοι, μή τι—νεωτερίσωσι, ubi post δείσαντες additum est διὰ μέσου, quod dicunt, καὶ—ἡγησάμ. et tunc demum sequitur μή ad δεισ. aptum; cf. de hac re Lobeck. ad Soph. Ai. p. 268. Pflugk. ad Eur. Her. 227.

Iam proferendi sunt loci, ubi plane ordo turbatus est, verbo alieno loco inserto.[1]) cf. I. 9. 1[2] χρημάτων, ἃ ἦλθεν ἐκ τῆς Ἀσίας ἔχων ἐς ἀνθρώπους ἀπόρους. — 109. 2[4] διαβὰς εἷλε τὴν νῆσον πεζῇ, ubi, quum Schol. πεζῇ per διὰ πεζομαχίας explicet, iungendum videtur διαβὰς πεζῇ. cf. I. 137. 1. 143. 3[4] etc. cf. Krueg. ad Dionys. p. 318. — 128. [6]4. ἔπεμψε δὲ καὶ ἐπιστολὴν τὸν Γόγγυλον φέροντα αὐτῷ. — III. 26. 1. ἐπειδὴ τὰς ἐς τὴν Μυτιλήνην—ναῦς ἀπέστειλαν ἔχοντα Ἀλκίδαν. — IV. 57. 3; 70. 2[1]; V. 6. 4[5]; 7. 3[5]; 47. 7[5]. 71. 3. VI. 51. 1. καὶ ἐςελθόντες ἠγόραζον ἐς τὴν πόλιν, q. l. ἐς τὴν πόλιν perverse ad ἠγόραζον retulit Arnold.; ad ἐςελθόντες potius spectat, cf. Krueg. ad Dion. p. 319. — VII. 50. 1. VIII. 8. 1; 27. 4; 33. 1; 91. 1; 100. 4 ubi ὑστερήσας ἐλθών (Dukas: μὴ φθάσας τὴν ἀπόστασιν) iungenda videntur.[2]) — Cf. Xen. Anab. I. 2. 21. Diod. XII. 30. παραλαβόντες ἔπλευσαν τοὺς Ἰλλυρίους. cf. Krueg. ad Dion. l. c. et p. 290.

Quae quum ita sint, haud mirum esse potest, singulis locis valde dissentire interpretes in verbis iungendis. Cf. I. 50. 1. et Krueg. et Popp. ad h. l. — Multo gravior est res VII. 50. 1. ἡ τοῖς Συρακοσίοις στάσις ἐς φίλια ἐξεπεπτώκει, qui locus diversissimas explicationes expertus est. Acacius quippe convertit: factio, quae ad Syracusanos rem trahebat, eiecta fuit, quam interpretationem Duker. propter addita ἐς φίλια improbavit, Krueg. vero rursus adoptavit, sub φίλια nomen urbis („Psintiam" sive „Phintiam" cf. Cluv. Sic. p. 213.) latere suspicatus. Denique, ut aliorum sententias omittam (cf. Popp. ad h. l.), Ullrich. in Symb. ad expl.

---

[1]) Cf. VI. 82. 3. οὓς ξυγγενεῖς φασιν ὄντας ἡμᾶς Συρακόσιοι δεδουλῶσθαι. (pr. οὓς ξυγγ. ὄντας—ἡμᾶς δεδουλ. Συρ. φασιν.)

[2]) Mira casus traiectio denique occurrit IV. 99. τὸ δὲ „ἐκ τῆς ἑαυτῶν" εὐπρεπὲς εἶναι ἀποκρίνασθαι „ἀπιόντας καὶ ἀπολαβεῖν, ἃ ἀπαιτοῦσιν." (De artic. τό h. l. cf. Matth. Gr. §. 280.)

Thuc. p. 176. iunxit ἡ τοῖς Συρακοσίοις στάσις ἐς φιλίαν[1]) i. e. ἡ στάσις ἐς (i. e. respectu, ratione habita) φιλίαν τοῖς Συρ. Ipse tamen collocationem verborum esse insolentem fatetur. Sed mea sententia stare nequit haec explicatio. Primum quidem recte Arnold. et Did. adnotarunt, ἡ στάσις ἐς φιλίαν τοῖς Συρ. inusitatam Graecis loquendi formulam esse, apteque addidit Poppo: Quis scripserit ἥ τινι στάσις ἐς φιλίαν, ut significet ἡ φίλη τινὶ sive τά τινος φρονοῦσα στάσις. Tum per collocationem haud ferri potest Ullrichii sententia. Quodsi enim, id quod Ullrich. supponit, propter maius vocis pondus τοῖς Συρακ. scriptor extollere voluisset, ita scripsisset: τοῖς Συρακ. ἐς φιλίαν ἡ στάσις (cf. supra §. 7); nec, quod Poppo ad adnot. suam I. 90. 1. nos refert, quadrat. Quare equidem τοῖς Συρακ. cum στάσις, ἐς φιλ. cum ἐξεπεπτώκει iungo. Atque vero στάσις non, ut plerique, per „factio" verto, sed ἡ τοῖς Συρ. στάσις mea sententia significat motum pro partibus Syracusanorum (Agrigenti) ortum. Articulo autem στάσις instructum est, quia huius motus, ut noti (cf. c. 46.), mentio fit; neque, qualis h. l. τοῖς Συρακ., dativus commodi substantivo additus a Thuc. alienus est. cf. I. 5. 1. I. 132. 6[5] etc. cf. Rost. Gr. §. 105. 6. — Porro quod ἐς φιλ. ἐξεπεπτ. Poppo cum Haackio explicat per „eiecta erat (scil. factio) in amicam terram", ipse confitetur, languere tunc prorsus verba „in amicam terram". Claudicat igitur tota interpretatio patetque, verbo ἐκπίπτειν alium sensum subesse debere, unde ἐς φίλια aptum sit. Significat autem ἐκπίπτειν h. l. mea sententia idem, quod alias in Thuc. μεταστῆναι, ἀποβαίνειν, scil. „converti" (Portus). Negarunt quidem interpretes, inesse hanc notionem, sed cf. Plat. de republ. VI. p. 497. B. ἐκπ. ἐς ἀλλότριον εἶδος. Quod h. l. proprie valet „degenerare", nullius est momenti, quum haec notio ex nexu verborum oriatur, revera autem notio „converti" (in Etwas umschlagen) remaneat. cf. Aesch. I. 179. ἐς λήθην τινὸς ἐκπ. i. e. alicuius in oblivionem converti, oblivisci. cf. Athen. I. 18. C. Qua ex notione aptissimum est h. l. ἐς φίλια, „conversa erat (sc. discordia) in amicitiam".

---

[1]) Est h. l. lectionis varietas. Codd. praebent φίλια, vulgo legitur φιλίαν. Illud non est, cur reiiciamus.

Iam si totum locum respicimus, sententiarum nexus hic est: Agrigenti motus ortus erat (cf. c. 46); Sicanus missus ad civitatem in Syracusanorum partes trahendam (cf. l. c.) finem non assequitur (cf. h. l. ἁμαρτὼν τοῦ 'Ακράγ.), quia, dum adhuc Gelae versatur, ille motus iam sedatus civitasque in pacem concordiamque redierat. Oppressi igitur erant, qui Syracusanorum partibus favebant Agrigentinorum, antequam Sicanus exercitu eorum consilia adiuvaret, a ceteris civibus, qui cum Syracusanis rem habere nolebant; concludere saltem hoc licet inde, quod ante et post hanc discordiam Agrigentini res Syracusanorum non iuvabant, omninoque neutri bellantium Syracusanorum et Atheniensium auxilium ferebant. cf. c. 33. 2; 58. 1. — Adiicio eandem, quae mihi, Scholiastae quoque placuisse interpretationem: ἡ στάσις, διὰ Συρακουσίους κινουμένη, εἰς φιλίαν ἐξῆλθε, unde simul elucet, Scholiastam quidem verbum ἐκπίπτειν sensu ἀποβαίνειν, ἐξέρχεσθαι facile intellexisse, neque eam, quam recentiores, difficultatem in illo reperisse.

6. De adverbiis.

§. 20.

Saepenumero adverbiorum in Thuc. occurrunt traiectiones. — Primum quidem in adverbiis comparativi vim augentibus singulae commemorandae sunt. Saepius (cf. I. 18. 5[2]; 137. 1; II. 27. 1; 30. 2[3]; 65. 2[4]; V. 34. 2; 101; VIII. 95. 4[7]) legitur ὕστερον οὐ πολλῷ, qua inversione fortior redditur notio vulgaris οὐ πολλῷ ὕστερον. De latin. cf. Zumpt Gr. §. 477. Atque, quae dico, adverbia omnino praepositione etc. interdum ab adiectivo separantur; cf. I. 35. 2[4] πολὺ δὲ ἐν πλείονι αἰτίᾳ (pr. ἐν δὲ πολὺ πλ. αἰτ.) II. 89. 3[5] πολὺ δὲ ὑμεῖς ἐκείνοις πλω φόβον παρέχετε. VI. 86. 3[5]. De talibus cf. Heindorf. ad Plat. Hipp. mai. §. 5. et ad Phaed. §. 136. Krueg. ad Xen. Anab. III. 1. 22. Gr. §. 49. 7. 7; Poppo ad Xen. Cyrop. I. 6. 39, et de Latin. Kuehn. ad Cic. Tusc. V. 36.[1]) Perverse autem cum Matth. in Gr. §. 461. c. Poppo

[1]) Alienum ab h. l., sed memorabile est Xen. Oecon. XI. 21. ὑπὸ πολλῶν πάνυ. Quadrat vero Xen. Hell. VI. 5. 1. μάλα σὺν πολλῷ φόβῳ; Isocr. Paneg. 37. οὕτω περὶ μικρῶν. (cf. Herod. VII. 46.) Dion. Hal. p. 728. cf. Krueg. ad Dion. p. 252.

traiectionem statuit in ὡς et ὅτι sic collocatis. cf. I. 63. 1. ὡς ἐς ἐλάχιστον χωρίον. III. 46. 1. 46. 4[6]. Etenim haec ipsa vulgaris est collocatio; cf. Krueg. ad I. 63. 1. Gr. §. 49. 10. 1. Comparari potest Tacit. Hist. V. 12: quamvis adversus longum obsidium. — Tum duo inter se iuncta adverbia Thuc. separavit. cf. I. 6. 4[5] ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις ἔστιν οἷς νῦν, καὶ μάλιστα τοῖς Ἀσιανοῖς, πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα τίθεται (pr. ἔτι δὲ καὶ νῦν ἐν τοῖς βαρβ. καὶ μάλ. τοῖς Ἀσ. ἔστιν οἷς πυγμ. κ. τ. λ.) cf. III. 56. 2[4]. Aristoph. Nub. v. 708. Singula adv. ad duas voces pertinentia constanter adiecit primae. cf. I. 57. 1. ξύμμαχος πρότερον καὶ φίλος ὤν. II. 37. 1. 39. 1. 40. 4. III. 26. 1. Vim adverbio iniecturus in fine enunciati collocat. cf. II. 5. 4[7] οἱ δὲ Πλαταιῆς —ἀπέκτειναν τοὺς ἄνδρας εὐθύς. cf. II. 54. 4[5] — II. 7. 3. εἰ σφίσι φίλια ταῦτα εἴη βεβαίως πέριξ τὴν Πελοπόννησον καταπολεμήσοντες recte Koraës, Goell., Krueg. (contra Popp.) βεβαίως ad anteced. referunt cf. IV. 20. 3. — II. 18. 1. III. 2. 2[3]. VIII. 28. 1 . . etc. cf. Krueg. ad Dion p. 299.

Latissime autem patet usus adverbia alienis inserendi. Saepius quippe invenies locos, quales I. 80. 1. II. 1; 18. 7[3] ἐς τόνδε ἀεὶ τὸν πόλεμον (cf. I. 140. 1). II. 65. 8[12[; 67. 1 et 77. 2[3]. VI. 59. 3. ubi, quum ad verbum pertineant adverbia substantivo eiusque attributis inserta sunt. Similia sunt I. 19. κατ' ὀλιγαρχίαν δὲ σφίσιν αὐτοῖς μόνον ἐπιτηδείως ὅπως πολιτεύσουσι θεραπεύοντες, ubi μόνον ad θεραπ. pertinere patet ex oppositis. (Pp.) — II. 83. 1. ὅπως μὴ ξυμβοηθῶσιν οἱ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω Ἀκαρνᾶνες, ubi (cf. II. 80. 1; 97. 2) recte Kistemaker. ἄνω iunxit cum ξυμβοηθ. (Krueg.: nach dem Binnenlande, gen Stratos). — II. 44. 1. τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας—παραμυθήσομαι. II. 45. 1. III. 2. 2. καὶ Μηθυμναῖοι καὶ αὐτῶν Μυτιληναίων ἰδίᾳ ἄνδρες κατὰ στάσιν—μηνυταὶ γίγνονται, ubi ἰδίᾳ ad μην. γίγν. pertinet; est autem ita interpositum, ne simul ad Methymnaeos referas, qui publice idem fecerant. cf. II. 67. 1. — II. 7. 3. ἐς τὰ περὶ Πελοπόννησον μᾶλλον χωρία ἐπρεσβεύοντο, quo loco μᾶλλον ad ἐπρεσβ. recte retulerunt interpretes (sensu quidem diverso); cf. IV. 98. 1. — III. 87. 2[4] ἐγένοντο δὲ καὶ οἱ πολλοὶ τότε σεισμοί. Arnold. haec ita vertit: „multi illi terrae motus, quos tunc fuisse constat," addiditque Poppo, τότε simul ad ἐγένοντο ex proximis intelligendum esse. Mihi quidem ad solum ἐγένοντο pertinere videtur vertoque:

„Fuere autem tunc etiam multi illi notique terrae motus.“ — VII. 70. 1. *ἐφύλασσον καὶ κατὰ τὸν ἄλλον κύκλῳ λιμένα.*

Iis, quos hactenus attuli, locis adverbia vel articulo et nomini interposita vidimus, quum spectent ad verbum; sequebatur tamen articulum adiectivum, genit. etc., quem usum haud neges. Quod vero de locis, ubi merum articulum inter et nomen adverbium, licet ad verbum pertineat, interiectum sit, nunc dicam plerosque viros doctos adversarios habeo. Huc prae aliis maxime refero I. 9. 1[2]: *λέγουσι δὲ οἱ τὰ σαφέστατα Πελοποννησίων μνήμῃ παρὰ τῶν πρότερον δεδεγμένοι.* Heilm. Haack. Goell. ita h. l. intellerunt: „Peloponnesiorum ii, qui certissima — acceperunt“, quam explicationem impugnans Poppo putat, genit. partit. articulo tunc anteponendum fuisse (*Πελ. οἱ*). Sed hoc saepius neglexisse Thuc. supra §. 10. vidimus. cf. III. 36. 4. Nihilominus tamen mihi displicet illa interpretatio, propter sensum maxime, quia nequaquam singula exhibet, quae scriptorem expressisse par est, id quod infra patebit. Eadem de causa Krueg. et Poppo ed. min. discesserunt in partes Gottleberi vertentis: Qui res certissimas sive maxime perspicuas Peloponnesiorum, memoriae traditas a maioribus acceperunt. Sed ipse Poppo huic explicationi in ed. mai. recte adversatus erat dicens: Si res Peloponnesiorum, de quibus Thuc. agit, perspicuae erant, non opus erat, ita loqueretur, quasi earum cognitio quorundam hominum propria esset, neque ad ullum omnino testimonium provocandum erat. Atque par est, historicum, si quidem rerum vetustarum scriptorem afferens commmendare vult, ut h. l. Thuc., hoc potissimum affirmare, antiquissimo eoque certissimo illum niti fonte, quique non fabulas ab ipso auctore vel aliis conflatas prodat. Quare exspectamus h. l. viros in medium proferri, qui res Peloponnesiorum maxime perspicue, accurate ac certo cognitas habent (*οἱ τὰ Πελοποννησίων σαφέστατα δεδεγμένοι παρὰ τῶν πρ.*) Quae explicatio quum aptissima sit, id quod ipse Poppo in ed. mai. concedit, relicta tamen est a viris doctis, quia una cum ea traiectionem adverbii durissimam admittas opus est, quam „intolerabilem“ iam Stephanus vocavit. Quare iam ex Thucydidis dicendi ratione totum locum illustrabo. Plerumque utitur Thucydides phrasi *σαφῶς* (non *σαφές*) *τι εἰδέναι* et sim. cf. II. 40. 3. VI. 91. 5[6] 93. 1. VII. 44. 1[2]. (De locutione *τὰ Πελοποννησίων* cf. VI. 50.

2[3]. VI. 92. 4[5]. Denique cf. VIII. 27. 1: *ἐπύθετο τὰ τῶν νεῶν σαφῶς*. Quem usum prorsus omittentes interpretes (Pp.) afferunt Dion. Cass. frgm. XX. 2. *οἱ τὰ σαφέστατα Σαβίνων εἰδότες*. Sed hic locus non valet, quoniam Dio Cassius est inter Thucydidis imitatores atque ipsum nostrum locum imitatus esse censendus est. Immo pro me facit Dion. Hal. Ant. Rom. p. 888. *ὡς οἱ τὰ Ῥωμαίων σαφέστατα ἐξητακότες* (qui res Romanas accuratissime investigarunt) *γράφουσι*. cf. Isocr. Paneg. §. 73. *οἱ τὰ ἐκείνων* (*Λακεδαιμονίων*) *ἀκριβοῦντες*. Traiectionem vero adverbii quod attinet, haud parvi momenti est, Scholiastam eam iam admisisse. (Schol. *τὸ ἑξῆς· οἱ τὰ Πελ. σαφέστατα δεδεγμένοι.*)[1]) Confirmatur autem loco III. 39. 7[8] *καὶ—τῆς ἔπειτα προσόδου, δι' ἣν ἰσχύομεν, τὸ λοιπὸν στερήσεσθε*, ubi proprium ordinem fuisse *καὶ ἔπειτα τῆς προσόδου κ. τ. λ.* ex sensu patet, recte adnotante Bauero Philol. p. 282: „*ἡ ἔπειτα πρόσοδος* esset futurum vectigal, quod non capturi essent, *στερησόμεθα*. Quomodo ergo per illud dici possint *ἰσχύειν*, pollere opibus?" Praeterea confirmat hanc sententiam III. 46. 2[3], quo loco ad nostrum respicitur. Quod autem Poppo et Krueg. adnotarunt: aut *ἔπειτα* aut *τὸ λοιπόν* potuit abesse, sufficiat admonere locutionis Thucydideae *ἔπειτα ὕστερον*, quae saepissime (II. 9. 1[2]; III. 94. 1; V. 61. 3; VI. 66. 3; 88. 10[9]) occurrit. — Alius locus est II. 14[2] *διὰ τὸ ἀεὶ εἰωθέναι —ἐν τοῖς ἀγροῖς διαιτᾶσθαι*.

Simile, quamquam non plane quadrans, est III. 42. 3. *χαλεπώτατοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ χρήμασι προςκατηγοροῦντες ἐπίδειξίν τινα·* etenim *ἐπὶ χρήμασι* h. l. pertinet ad *ἐπίδειξίν τινα*, ut sit „ostentationem lucri causa factam." — Quod vero Haas. lucubr. Thuc. p. 52. putat II. 4. 3[5] *οἴκημα—ὃ ἦν τοῦ τείχους καὶ αἱ πλησίον θύραι ἀνεῳγμέναι ἔτυχον αὐτοῦ* cum Did., *πλησίον* pro more veterum, ut a muris aedificia aliquantum distarent, post *τείχους*

---

[1]) Multum interpretes disputarunt de VII. 43. 5. *ἄλλοι δὲ τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης παρατείχισμα τῶν Συρακοσίων, οὐχ ὑπομενόντων τῶν φυλάκων, ᾕρουν*. Facillime autem enucleatur locus recepta adverbii traiectione. *ἀπὸ τῆς πρώτης* (sc. *ὁρμῆς* Schol.) „primo impetu" (cf. Krueg. et Popp. ad I. 77. 2[3]; Krueg. ad Dion. p. 302) refero ad *ᾕρουν*, articulum *τό* vero ad *παρατείχισμα*, quippe quod certum unumque sit. Neque vero ita verbis iunctis transpositione, de qua cogitavit Goell., opus esse, patet ex locis similibus.

addi debuisse atque vel illuc transponendum esse, recte Krueg. monuit, singula aedificia Plataeis muro iuncta fuisse, iam ex errore, quo ianua pro urbis porta accepta sit, patere. *αἱ πλησίον θύραι* autem sunt h. l. propinquae (Thebanis) ianuae. (Pp.)

§. 21.

Transeo nunc ad contrariam rem, ad usum scil. adverbia articulo atque nomini inserenda non interponendi. — Atque vero primum tunc, ubi vi illa efferre vult scriptor, anteposita invenies. cf. I. 82. 3 *ἡμῶν ἤδη τήν τε παρασκευήν*, ubi *ἤδη* adiectivi vice ad *παρασκ.* pertinet: „quem iam paravimus apparatum.“ cf. I. 103. 2. 137. 4. *πάλιν ἡ ἀποκομιδή* (reditus); cf. IV. 10. 3, ubi eandem traiectionem illustrat Krueg. hisce: So sprechen auch wir gelegentlich: Zurück ist der Weg nicht leicht. — I. 138. 3. *καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής.* Cum Reiskio h. l. Poppo ita constituit ordinem verborum: *τῶν μελλ. εἰκαστὴς ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γεν.* „erat futurarum rerum coniector optimus in longissimum spatium posteri temporis“; contra Krueg. ita: *τοῦ γεν. εἰκαστὴς ἐπὶ πλεῖστον τῶν μελλ.* cf. Krueg. ad Dion. p. 240. Sed constat, Thucydidem futurum in universum per „*τὰ μέλλοντα*“ exprimere solere, cf. IV. 62. 3[4]; 71. 1; V. 30. 1; 87. 1; 113; VI. 9. 3; VIII. 81. 2, adiuncto interdum futuri verbi *γίγνεσθαι* infinitivo cf. II. 8. 2; V. 98. Qua re equidem adducor, ut hanc recipiam structuram: *τῶν μελλ. τοῦ ἐπὶ πλεῖστον γεν. ἄριστος εἰκαστής*, ita ut *τῶν μελλ.*, cuius notio est generalis, genitivus partit. pendens a *τοῦ—γενησ.*, *ἐπὶ πλεῖστον* autem propter vim suam articulo antepositum sit. Verto igitur: „Vel remotissimi futurarum rerum eventus optimus coniector.“ (Favet meae sententiae usus Thuc. rectum genitivum regenti anteponendi.) Quodsi autem inter Krueg. et Popponis explicandi rationes eligendum esset, praestare hanc (Pp.) ex iis, quae dixi, satis liquet. — II. 38. 1. *καθ' ἡμέραν ἡ τέρψις* i. e. assidua voluptas. — VI. 15. 3[4] *καὶ δημοσίᾳ κράτιστα διαθέντι τὰ τοῦ πολέμου ἰδίᾳ ἕκαστοι τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτοῦ ἀχθεσθέντες κ. τ. λ.* Opposita *δημοσίᾳ—πολέμου* postulant, ut *ἰδίᾳ* non cum *ἀχθ.* sed cum *τοῖς ἐπιτηδ.* idque adiectivi vice iungamus. Verte igitur: Et publice quamvis optime res gessisset, privatam tamen eius vitae rationem aegre ferentes etc. Comprehendit autem per *τὰ*

ἰδίᾳ ἐπιτηδεύματα scriptor ea, quae modo antecedunt, (*δαπάνας* Alcibiadis etc., quae ipsa Nicias in oratione sua carpserat.)[1] — Aeque *ἰδίᾳ* traiectum esse videtur I. 91. 4[6] *καὶ ἰδίᾳ τοῖς* (pr. *τοῖς ἰδίᾳ*) *πολίταις καὶ ἐς τοὺς πάντας ξυμμάχους ὠφελιμώτερον ἔσεσθαι.* i. e. „et suis ipsorum (propriis) civibus et omnibus sociis utilius fore," nisi forte malis vertere „et singulatim civibus suis" propter additum ad *ξυμμάχους* „*πάντας*". — Ceterum de hac collocandi ratione cf. supra §. 7.

Iam vero ad eos locos me converto, quibus adverbia articulo et nomini inserenda postposita reperiuntur. De I. 21. 2 *τὸν παρόντα ἀεὶ μέγιστον κρινόντων* (pr. *τὸν ἀεὶ παρόντα* i. e. den jedesmal gegenwärtigen) dubites; sed cf. I. 22. 1. *τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστ' εἰπεῖν.* Porro vero constat usus II. 43. 2. *παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεί.*[2]) — III. 23. 3[2] *ὁ διακομιζόμενος ἀεὶ ἵστατο κ. τ. λ.* aptius ad participium, quam ad *ἵστατο* referas *ἀεί*,[3]) vertitque etiam Poppo: pervadens quisque. — IV. 55. 3. *τὸ μὴ ἐπιχειρούμενον ἀεί.* cf. Krueg. ad h. l. — Ceterum veram illis locis[4]) subesse traiectionem, cognosces ex Popp. adn. ad I. 2. 1. ed. mai., qui docuit exemplis, *ἀεί*, ubi non significat „continuo", sed „singulis temporibus, jedesmal" articulo et substantivo interponi. — Praeterea cf. I. 74. 3. *ἀπό τε τῆς οὐκ οὔσης ἔτι.* II. 35. 1. *τῶν ἐνθάδε εἰρηκότων ἤδη.* 38. 3[4]. *τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη.* III. 40. 2[3] *ἐκ τοῦ εὖ εἰπεῖν τὸ παθεῖν εὖ ἀντιλήψονται.* IV. 103. 3[4] *πρὸς τοὺς ἐμπολιτεύοντας σφῶν ἐκεῖ.* cf. Herod. VIII. 108. *ἡ κομιδὴ τὸ ὀπίσω.* Plat. legg. p. 685. D. *ἡ ἅλωσις τὸ δεύτερον* et Ast. ad h. l. cf. Krueg. ad Dion. p. 252. Gr. §. 50. 10. 4. Matth. Gr. §. 272. a. adn. (cf. Tacit. Annal. III. 42. incónditam multitudinem adhuc disiecit.)

[1]) Interpretes plerique cum *ἀχθεσθ.* iungunt *ἰδίᾳ*. Solus Bauerus adnotat: „Retuleris vel ad *πολέμιοι καθέστασαν*, vel ad *τοῖς ἐπιτηδ.* (Haack.) transposite, aut denique ad *ἀχθεσθ.*" quibus quae adscripsit Poppo: Tertium solum sermonis leges concedunt, perverse adscripta esse, vix opus est moneam.

[2]) Cum *ἐντυχόντι* non posse cohaerere seq. *καιρῷ* (quod a *καταλείπεται* potius pendet) recte Krueg. monet. cf. Krueg. Gr. §. 68. 35.

[3]) Cf. Krueg. ad Dion. p. 252.

[4]) quibuscum confer Demosth. de fals. leg. p. 374. 14; Isocr. Paneg. 14. Plat. legg. V. p. 736. D. Xen. Hell. I. 2. 10. Oecon. XIX. 19. cf. Krueg. ad Dion. l. c.

7. De praepositionibus.

§. 22.

Haud a vulgari Atticorum usu recedit, quod περί saepius nomini postpositum est a Thuc., cuius haec fere sunt exempla: I. 10. 5[4]; 58. 1; 72. 1; 95 2[3]; II. 45. 2; 51. 2[3]; 62. 1; III. 13. 5; 57. 1; IV. 74. 4[3]; 80. 2[3]; 101. 2[3]; 121. 2; 132. 2; V. 5. 2; 18. 10[11]; 111. 5 (cui loco tamen vitium subest); VI. 16. 1; VII. 25. 7[9]; 72. 2 (ubi de anticipatione, quae simul inest, cf. Krueg.); VIII. 5. 2. Atque tunc vel alia inseruntur; cf. III. 37. 3 ὧν ἂν δόξῃ πέρι (pr. τούτων, περὶ ὧν ἂν δόξῃ), ubi nescio, cur Krueg. πέρι, quod in omnibus codd. est et bene se habet, omiserit. — V. 41. 1[2] ἧς ἀεὶ πέρι διαφέρονται. Simili modo ceterae quoque praepositiones a casu suo avulsae sunt. Vulgaria sunt, quae Poppo affert I. 69. 4[5] πρὸς πολλῷ δυνατωτέρους et II. 89. 4[6] cf. Krueg. Gr. §. 49. 7. 7. Nec praedicativae appositionis interpositae exempla haecce insolentia sunt: II. 43. 1. πρὸς οὐδὲν χεῖρον αὐτοὺς ἡμᾶς εἰδότας, ubi construe cum Krueg. ita: πρὸς ὑμᾶς οὐδὲν χεῖρον (sc. ἐμοῦ) εἰδότας αὐτούς (ipsos). Simile est Dio. Cass. XLIV. 25. πρὸς οὐδὲν ἧττον ὑμᾶς εἰδότας. — I. 73. 1. παρὰ δικασταῖς ὑμῖν (sc. οὖσιν). — Huc Krueg. etiam refert IV. 85. 3[6] εἰ ἐπὶ οὓς πρῶτον ἦλθον ὑμᾶς—μὴ ἐδέξασθε, sed ibi nihil nisi attractio (pr. ὑμεῖς, ἐφ' οὓς) subest. — Ceterum cf. Krueg. ad Dion. p. 259. Gr. §. 68. 6. Matth. Gr. §. 595. 3. — Durius vero VI. 76. 4. περὶ δὲ οἱ μὲν σφίσιν, ἀλλὰ μὴ ἐκείνῳ καταδουλώσεως, οἱ δ'ἐπὶ δεσπότου μεταβολῇ praepositio a casu separata est, praesertim, quum non, ut II. 44. 1, iusta ex causa subiectum interpositum sit; nec potes comparare VII. 57. 5. Πλαταιῆς δὲ καταντικρὺ Βοιωτοὶ Βοιωτοῖς (sc. ἐμάχοντο), iungens cum Poppone καταντικρύ praepositionis vice cum Βοιωτοῖς. Nam h. l. paronomasia, quae vocatur, (cf. supra §. 6.) definivit collocationem. cf. VI. 87. 3[4] ἐν παντὶ γὰρ πᾶς χωρίῳ. Immo vero alterius membri respectu habito melius cum Stephano Βοιωτοῖς ab ἐμάχ. pendens facias et καταντικρύ pro simplici adverbio („ex adverso") accipias.

Iam vero accedente ad subst. adiectivo parum usitata Atticis ratione (cf. Krueg. Gr. §. 68. 4. 2.) Thuc. praepositionem interdum interposuit. cf. I. 3. 4[3] διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω—ἀντίπαλον ἐς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι, quo loco Eustath. ad Hom. Ili. II. p. 367.

ἀντίπαλον adiectivi vice retulit ad *ὄνομα*, improbante propter collocationem Poppone. At haec non obstat, quia alia in Thuc. exstant praepositionis ita collocatae exempla et h. l. vis, quae ex sententia inest in *ἀντίπαλον* iusta est traiectionis causa. cf. Krueg. ad h. l. Porro autem ad sensum si respicimus, multo aptius *ἀντίπαλον* substantivi vice ad *ἀποκεκρ.* refertur (cf. VI. 23. 1.), ut sit sensus; „quod nec Graeci — tamquam par aliquid uni nomini respondebant. — H. igitur l. quum nolim huc referre, etiam VII. 86. 4[5] *διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν* maxima est virorum doctorum dissensio, utrum interposita sit praepositio necne, sive ad *ἀρετήν*, an ad *ἐπιτήδευσιν* pertineat *πᾶσαν*. Illud quidem Schol. et Aristidi II. p. 268. hoc Kruegero aliisque recentiorum interpretum placuit, quibus equidem malim assentiri. Ceterum tota loci structura multa laborat difficultate; cf. Popp. ad h. l., qui ipse, quod putat, apte Didotum comparasse V. 105. 1: *τὴν ἀνθρωπείαν ἐς τὸ θεῖον νόμισιν* fallitur, deceptus ab illo leviter locum afferente, qui revera ita se habet: *τῆς ἀνθρωπείας τῶν μὲν ἐς τὸ θεῖον* (i. e. rerum, quae ad deos pertinent) *νομίσεως*, ergo nequaquam demonstrat, ex *νόμισις* „*ἐς*“ aptum esse. Itaque certum traiectae praepositionis exemplum ne hic quidem est locus. Constat tamen ille usus V. 37. 2 *τινὰ πρὸς ἄλλον*. II. 36. 3[4] *τρόπων ἐξ οἵων*, (ubi sensu maxime urgetur vox *τρόπων*.) Denique huc refert Krueg. in Gr. §. 68. 4. 2 locos quales I. 54. 3[2] *ναῦς τε καταδύσαντες περὶ ἑβδομήκοντα*. I. 117. 1; VI. 74. etc.; sed ibi *περί* solam numeralis notionem circumscribens proprie ad hoc tantum pertinet (cf. IV. 93. 3. *ψιλοὶ ὑπὲρ μυρίους*. V. 11. 3[2]) et illud „naves circa septuaginta“ nihil est nisi „naves circiter septuaginta“; cf. Krueg. Gr. §. 60. 8. 1. Quare minus quadrant illi loci. Revera autem *περί* traiectum est II. 70. 1 *βρώσεως πέρι ἀναγκαίας*. VI. 61. 4. *ὧν πέρι ἄλλων*. I. 76. 1. (75. 5) *τῶν μεγίστων πέρι κινδύνων*, quo loco tamen cum Herm. Philol. I. p. 269. et Krueg. malim delere *κινδύνων*, tanquam glossema ineptum. — Apud alios quoque Atticos pedestris orationis scriptores interdum eiusmodi occurrunt. cf. Plat. legg. p. 644. *τινὰ πρὸς ἰσχύν* etc. cf. Krueg. Gr. §. 68. 4. 2.; sed plerumque tantummodo, si altera vox est pronomen, placuisse haec collocatio videtur. De Latinis cf. Nipperd. ad Tacit.

Annal. III. 10. atque in universum de Tacitea praepositiones collocandi ratione singulari eundem ad Annal. II. 60, 68, III. 72.

Iam vero dicendum est de iteratae in attributo praepositionis exemplo, quod legitur III. 53. 1 *ἐν δικασταῖς οὐκ ἐν ἄλλοις δεξάμενοι . . . γενέσθαι ἢ ὑμῖν*, ubi iam Blomfieldio alterutra praepositio (prior) suspecta fuit, Heilmann. vero et Krueg. alteram in *ἄν* mutari volunt. Atque vel postulari ex structura *ἄν*, ait Krueg., quum *δεξάμενοι* resolvendum sit per: da wir es nicht würden angenommen haben. Sed ad structuram primum quod attinet, ipsa verba indicant, cohaerere participia, quorum par est tempus et significatio *οἰόμενοι ὑφέξειν—καὶ—ἡγούμενοι—ἂν φέρεσθαι*, ita ut duae, quae moverunt deditionem (*παράδοσιν — ἐποιησάμεθα*) causae iis exprimantur. Porro ad *ἡγούμενοι* subiungitur *δεξάμενοι*. Quae Kistemakeri et Popponis ratio simplex et aptissima est, contra remotior altera Blomfieldii et Kruegeri (Krueg.: Jedenfalls wird *δεξάμενοι* durch *καί* mit *οἰόμενοι* verbunden). Iam vero quomodo ad *δεξάμενοι* postuletur *ἄν*, non video, quum prorsus ex re vertas: quum non sub aliis, ac vobis, (i. e. sub ipsis vobis, quos iustissimos habemus) iudicibus esse elegerimus. (cf. anteced. antithes. *οὐ τοιάνδε δίκην—νομιμωτέραν δέ*). — Nunc difficultatem collocationis attingere licebit. Krueg. dicit, locos, quales ipse ad Dion. p. 259 attulit: Plat. Euthyphr. *ὥςπερ πρὸς μητέρα πρὸς τὴν πόλιν*, ubi iniuria alterum *πρός* Schaefero delendum videbatur; Plat. Phaed. p. 67. d. et 85. d. Lys. p. 99. Aristid. p. 119. 4. non quadrare. Sane non quadrant, si *ἄλλοις* h. l. adiectivi vice ad *δικασταῖς* refers cum Gailio, aliis; sed *ἄλλοις* h. l. mea sententia est subst. et *δικασταῖς* appositio praedicativa; cf. I. 73. 1. *παρὰ δικασταῖς ὑμῖν*. In appositione autem iteratam praepositionem locum habere, demonstrant et ceteri a Krueg. allati loci et Thuc. VI. 82. 4. *ἐπὶ τὴν μητρόπολιν ἐφ' ἡμᾶς* (pr. *ἐφ' ἡμᾶς μητρόπολιν οὖσαν*). cf. Bremi. ad Aesch. c. Ctes. p. 327. Stallbaum. ad Plat. Phaedo. p. 189. Voigtlaend. ad Luci. Dial. Mort. XIV. 5. Matth. Gr. §. 595. 4. d. Quare codd. omnium lectio, cui accedit Schol. *τὸ δὲ ἑξῆς· καὶ ἐν δικασταῖς οὐκ ἐν ἄλλοις κ. τ. λ.*, h. l. nequaquam est vexanda.

Restat, ut examinemus VI. 29. 1[2] *ἀπόντος πέρι αὐτοῦ*, quo loco, ut insolens deleatur traiectio, Krueg. in Gr. §. 68. 6. adn. *αὐτοῦ* reiiciendum esse coniecit. Omittunt quidem saepius et

alii (cf. Krueg. Gr. §. 47. 4. 3) et Thuc. ad participium pronomen, quod facile intelligitur (cf. I. 118. 2; 124. 2; 139. 2[1]), sed hoc non ubique observatur. cf. I. 130. 1 etc. Quare abesse potest, non debet nostro loco *αὐτοῦ*. Collocationem vero quod attinet, vulgaris Thuc. usus postulat *περὶ ἀπόντος αὐτοῦ* (v. supra). Attamen nihil est mutandum. Nam constanti praedicati interponendi usu in aliis praepositionibus supra allato *περί*, quod solum in anastropha poni vidimus, per se excipitur, itaque in ipso *περί* haec ratio collocandi bene se habet, quum in ceteris praepos. non valeat. Sequitur, *πέρι* h. l. scribendum esse, non *περί*, quomodo complures scripserunt editores.

§. 23.

Ubi appositis articulis genitivus nomini a praepositione pendenti additus est, solennis est Thucydidi potissimum et Herodoto usus genitivum statim post praepositionem inserendi. cf. Krueg. Gr. §. 47. 9. 19. Krueg. ad Dion. p. 196.[1]) Exempla sunt haecce:

a) *ἀπό*. II. 13. 2. *ἀπὸ τούτων* (i. e. *τῶν ξυμμάχων*) — *τῶν χρημάτων τῆς προσόδου*. III. 46. 3[4] *ἀπὸ τῶν νόμων τῆς δεινότητος*. VII. 71. 3. b) *ἐκ*. III. 73. 3[4] *ἐκ τοῦ τε Διὸς τοῦ τεμένους*. c) *ἐν*. I. 9. 3. III. 81. 4[5]. 96. 1. V. 47. 13[11]. VI. 34. 8[9]. VII. 24. 2. d) *διά*. III. 23. 5. 95. 2. IV. 84. 2. V. 53. 2[1. e) *μετά*. I. 32. 2. I. 65. 2[3]. f) *περί*. I. 139. 1. VI. 33. 1. VII. 31. 4[5]. VIII. 85. 3.[2])

---

[1]) Recte Braun. l. c. p. 10 monet, hanc colloc. tum adhiberi, quum aut de notione, quae in genit. inest, in anteced. iam sermo fuerat, aut aliud nomen vel sequitur vel praecedit, cui genitivus respondet.

[2]) Idem ex Latinis, maxime quatenus ibi rursus apparet saepius recti genitivi regenti anteponendi studium (cf. supra §. 10) constans paene Ciceronis est usus; cf. Goerenz. ad Cic. de fin. IV. 24. 67. Contrarius autem ordo in hisce Nepoti saepe placuit. cf. Popp. ed. mai. I. 32. 2. Ille genitivorum ordo etiam aliis locis, qui quidem ad allatos minus quadrant, conspicitur; cf. II. 39. 3[4] *μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρίας*. III. 82. 5[6] et Krueg. ad h. l., ibid. §. 8; VI. 34. 4 etc., et maxime in *ἕνεκα* (licet hoc ipsum interpositum sit). cf. I. 57. 2[4]. 143. 2 *ὀλίγων ἡμερῶν ἕνεκα μεγάλου μισθοῦ δόσεως* (propter datam magnam in paucos dies mercedem). V. 53. 2[1]. VII. 34. 1. *τῶν ὁλκάδων ἕνεκα τῆς ἐς Σικελίαν κομιδῆς*. (Contrar. occurrit I. 30. 3 et IV. 66. 3[4].)

Ubi plura nomina per *καί* iuncta ab eadem praepositione pendent, *ἕνεκα* semper primo adiungitur. cf. I. 5. 1. *κέρδους τοῦ σφετέρου αὐτῶν ἕνεκα, καὶ τοῖς ἀσθενέσι τροφῆς*. 7. 1. 73. 2[3]. I. 75. 2. II. 71. 3. III. 58. 1; 81. 3[4] (ubi tamen alterum membrum pro genit. absol. accipi potest). VII. 57. 8[9]; VIII. 87. 4. Ceteras praepos. quod attinet, saepius insolentiore ratione, ubi nomina vel nimis separata, vel disiunctivis et adversativis coniunctionibus inter se connexa sunt, omittuntur in altero nomine; cf. I. 59. 1[2] *πρός τε Περδίκκαν πολεμεῖν τῇ παρούσῃ δυνάμει καὶ τὰ ξυναφεστῶτα χωρία*. — III. 21. 2[3] *διήκοντες ἔς τε τὸ ἔσω μέτωπον αὐτοῦ καὶ οἱ αὐτοὶ καὶ τὸ ἔξω* ubi perverse contra codd. fere omnium auctoritatem Bekkerus *ἐς* ante *τὸ ἔξω* intrusit probante Kruegero. (Apte confert Poppo ad h. l. Tacit Agr. 35. ne simul in frontem, simul et latera . . . pugnaretur.) III. 44 .2[3] *νομίζω δὲ περὶ τοῦ μέλλοντος ἡμᾶς μᾶλλον βουλεύεσθαι ἢ τοῦ παρόντος*. IV. 35. 1. VI. 87. 4. *ἐν παντὶ γὰρ πᾶς χωρίῳ καὶ ᾧ μὴ ὑπάρχομεν*. Alterum membrum vertendum est: „ubi non praesto sumus" (cf. II. 5. 2[4]), et qui fere subest sensus: „ubi non imperamus" expressus est a Schol. et Valla. Quare hac ratione constat lectio. Porro vero, quod Krueg. assentiente Poppone pro *καὶ ᾧ* coniecit *κἂν ᾧ* legendum, quod durior sit h. l. propter accedentem in *καί* gradationem praepositionis omissio, non probo; mihi aeque h. l. atque III. 21. 2[3] supra c., ubi etiam in *καί* gradatio inest, Krueg. perperam praepositionem intrudere videtur. — VI. 78. 1. VII. 47. 3[4] *πρὸς τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ σφῶν ἐπιτειχίζοντας* (sc. *ὠφελιμώτερον*) *τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι ἢ Συρακοσίους*. (cf. V. 41. 1[2] et VIII. 8. 3. VIII. 96. 2. Quare VIII. 84. 3[5] contra Popponem sequendus mihi videtur Codex Vatic. optimus, qui alterum *δι'* omisit. Omnino eiusmodi duritias vere Thucydideas esse puto; ceterum alios quoque scriptores haecce admisisse, docuerunt Schaef. ad Plut. tom. IV. p. 291. Bremi. ad Isocr. Paneg. §. 51. Krueg. Gr. §. 68. 9.

8. De coniunctionibus.

§. 24.

Saepenumero Thucydides non in initio enunciati, sed post nonnullas voces praemissas demum collocat coniunctiones, causis

oratoriis ductus, ut vi efferantur voces illae, vel antecedens enunciatum arte connectatur cum sequenti, vel praeposita referantur ad plura sententiae membra. Exempla sunt:

a) in *εἰ*: I. 10. 2; 10. 4[3]; 11. 2; 33. 3; 36. 4[3]; 107. 2[3]; 140. 5[4] quo loco *ὅπερ* (i. e. *ψήφισμα*) subiectum est ad *καθαιρεθείη* („quod si tollatur, non fore bellum") mea sententia, quum Poppo ad *προὔχονται* referat, ut sit accusativus, id quod collocationi verborum Thuc. minus convenit. — 140. 6[5]; 142. 2[4]; II. 77. 4[5]; 81. 4[5]; III. 5. 2[3], ubi proprius ordo hic est: *εἰ ἐκ Πελοπ. προςγένοιτό τι καὶ μετ' ἄλλης παρασκευῆς βουλόμενοι κινδυνεύειν.* — 36. 6[7] cf. Popp. ad h. l.; 57. 3; IV. 59. 3[2], ubi *εἰ καὶ ἄγαν* collocandum erat, quia *καί* non ad *εἰ* pertinet, sed (cf. VII. 50. 4) cumulat vocem *ἄγαν*. — 85. 3[5]; VI. 30. 3[2]; 60. 4. — b) *ἤν*. Afferendus esset h. l. I. 68. 1., si cum Poppone ante *ἐς* interpungendum esse putares. Sed iure suo Haas. Lucubr. Thuc. p. 1. seq. et Krueg. ad h. l. distinctionem post *ἄλλους* ponendam esse censent. — I. 120. 2; II. 13. 2[1]; III. 31. 1; VI. 13. 2[1]; 18. 4; 49. 2; 79. 1; VIII. 27 2[3], ubi iam Valla cognovit, ordinem proprium esse: *ἀλλὰ καὶ αἴσχιον ξυμβήσεσθαι ἢν μετὰ ὁτουοῦν τρόπου ἡσσηθῶσι.* Krueg. confert Xen. An. II. 4.6; IV. 3. 6; VI. 2. 15. — c) *ὅπως*. I. 19. 1.; III. 4. 4[6], quo loco quum alii *αὐτοῖς* de Lacedaemoniis dictum putaverint (ut sit: cum iis, sc. *ἔπρασσον*), equidem cum Poppone pro dativo commodi accipio, subintelligens Lesbios (ut sit „pro iis") referensque et ad *ἔπρασσον* et ad *ἥξει*. — d) *ὡς*. III. 40. 1. *οὔκουν δεῖ προθεῖναι ἐλπίδα οὔτε λόγῳ πιστὴν οὔτε χρήμασιν ὠνητὴν ὡς ξυγγνώμην ἁμαρτεῖν ἀνθρωπίνως λήψονται* Krueg. cum Schol. et Heilm. adiectiva *πιστήν* et *ὠνητήν* iungit cum *ξυγγνώμην*, unde mira coniunctionis collocatio prodit, quam ipse duram esse concedit, equidem ferri posse nego. Etenim nusquam inter adiectivum et subst. coniunctionem sic intrusam reperies, verum, si adiectiva illa ad *ξυγγνώμην* retulisset scriptor, postposita coniunctione sine dubio scripsisset: *οὔτε — ὠνητὴν ξυγγνώμην ὡς λήψονται ἁμαρτεῖν ἀνθρωπίνως.* Tum ad sententiam quod attinet, non tam male se habet, quam visum est Krueg., aliis, si quidem iungimus illa adiectiva cum *ἐλπίδα*. Difficultatem sane movet in utraque explicatione vox *πιστός*, quam Goeller. per ‚impetrabilis', Poppo per ‚fretus' converterunt, Krueg. vero in *ἐφικτήν* vel *πορίστήν*

mutari vult. Sed equidem nihil mutandum esse puto. Namque lux affulget verbis ex c. 38. 2., quo loco quam protulit sententiam, nostro repetit orator. Legitur ibi: *καὶ δῆλον ὅτι ἢ τῷ λέγειν πιστεύσας τὸ πάνυ δοκοῦν ἀνταποφῆναι ὡς οὐκ ἔγνωσται ἀγωνίσαιτ' ἄν, ἢ κέρδει ἐπαιρόμενος τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου ἐκπονήσας παράγειν πειράσεται*, respondentque sibi h. l. *τῷ λέγειν πιστεύσας* et *κέρδει ἐπαιρόμενος*. Simile nostro loco subest, eumque ita expedio. *πιστός* valet *πίσυνος*; cf. Plat. de Legg. VII. p. 394. Aesch. Pers. 55 (Blomf.), ita ut *λόγῳ πιστός* sit idem, quod c. 38. 2. *τῷ λέγειν πιστεύσας*. Tota autem sententia ita se habet: Ne iniiciatis sociis spem, qualem decipientes vos illis movere ii student, qui non patriae commodum sectati, sed eloquentiae confisi vel lucri cupidine ducti pro sociorum re verba faciunt. Eadem conceptis verbis ita exprimas: Ne iniiciatis sociis spem vanam, quae non nitatur nisi eloquentia et comparata sit pecunia. Habemus igitur h. l. in *ἐλπίδα κ. τ. λ.*[1]) breviloquentiam, quae in orationis fine, quum comprehendat sententias supra expositas, bene se habet. Ceterum, si ita explicamus, non ut Arnold. vult, *λόγῳ πιστήν* et *χρήμασιν ὠνητήν* est *ἓν διὰ δυοῖν*, quum illud spectare ad oratores, qui ipso concionando gaudent, hoc ad corruptos oratores ex c. 38. 2. eluceat. — Porro constat traiectio coniunctionis *ὡς* his locis I. 93. 3[4]; 142. 2; III. 88. 2[3]; 97. 1; V. 7. 2; 26. 2. cf. Poppo ad h. l. Praeterea cf. I. 134. 1; III. 4. 1, ubi Schol. post *καταπλ.* interpungit, nominativos pro genitivis absol. positos esse putans cf. Matth. Gr. §. 562. adn., qua re coniunctio in initium amovetur. Sed multo simpliciorem esse alteram rationem, unusquisque Popponi concedet. — III. 5. 1; IV. 15. 1; 44. 3[4]; V. 72. 1, quo loco quum Krueg. praeposita *ἐπὶ τοὺς Σκιρίτας* iungat cum *κελευσ.*, Poppo in ed. mai. uberius alteram rationem, ex qua ad *παρῆλθον* refertur, defendit. — Denique *ὡς* traiectum est VI. 30. 3[2]; VII. 17. 1, cui prorsus similis est locus III. 15. 1., ubi *τὴν—ἐςβολήν* in initio positum proprie inter *ὡς—ποιησόμενοι* collocandum erat. Ad quae Krueg.: Sehr hart, so dass ich hier die letzte Feile vermisse, ipse suspicans pro *καὶ τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν*

[1]) Pr. spem motam ab oratore eloquentia freto vel pecunia corrupto cf. III. 68. 1. *μετὰ τὸν Μῆδον* (pr. *τὸν Μηδικὸν πόλεμον*) aliasque breviloq., de quibus egit Poppo in Proleg.

ἐςβολήν scribendum esse *καὶ ἐς τὴν ἐςβολήν*. Sed vide supra §. 19. coniunctionisque in fine ad verbum demum adiectae simile exemplum supra in *ὅπως*. Itaque nequaquam mutandus est locus. — VII. 18. 5[4]. — e) *ἐπειδή*. I. 6. 2[3] *καὶ οἱ πρεσβύτεροι—οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ—ἐπαύσαντο*, ubi tamen haud scio an constans formula *οὐ πολὺς χρόνος, ἐξ οὗ* (=*ἐπειδή*), quae tota solet interponi, hanc colloc. moverit. cf. Poppo ad h. l. — IV. 113. 1[2] *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι—ἐπειδὴ ᾔσθοντο οἱ μέν τινες ὀλίγοι διαφθείρονται ἐν χερσὶν αὐτῶν*, ubi sub *αὐτῶν*, quod est genit. partit. (traiectus) ad *ὀλίγοι*, Athenienses intelligendi sunt, itaque subiectis mutatis *ἐπειδή* postpositum est. Schol. quidem *αὐτῶν* ad *χερσὶν* referens intelligit *οἱ περὶ τὸν Βρασίδαν*, sed hos alienos esse, recte Poppo monuit. — V. 28. 1; VII. 32. 1, ubi proprie scribendum erat: *ἐπειδὴ οἱ—ἄλωσιν οἰχόμενοι ἐς τὰς πόλεις πρέσβεις ἐπειδάν τε* (sc. *αὐτάς*) *καὶ κ. τ. λ.*, itaque distinctio, quam ante *ἐπειδή* posuit Poppo, delenda est. — VIII. 1. 1. cf. Popp. ad h. l.; VIII. 89. 1. — f) *ὁπότε*. VII. 4. 6. — g) *ὅτε*. I. 91. 4[5]. — h) *ὥςτε*. II. 40. 4. *βεβαιότερος δὲ ὁ δράσας τὴν χάριν ὥςτε ὀφειλομένην δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε σώζειν*, qui locus, quot continet verba, tot diversas expertus est verba singula inter se iungendi rationes. Collocationis vero respectu habito facilius expeditur. Quum iam supra §. 17 partem eius tractaverim, h. l. ea tantum nos tenet quaestio, utrum ante an post *τὴν χάριν* interpungendum sit. Krueg. cum Schol. faciens coniungit *ὁ δράσας τὴν χάριν*, ita ut, sicut Plautinum „gratiam habere alicui" dictum sit pro usitatiore *χάριν κατατίθεσθαι, ἀποδιδόναι, φέρειν τινί*, sed illa locutio nullo loco confirmata est. Multo facilius ad *δράσας* ex anteced. supplemus *εὖ*. Iam vero *χάριν* possis accusativi relationis vice referre ad *βεβαιότερος*; sed in hanc sententiam — quam miror neminem adhuc proposuisse — ne abeam, movet me collocatio verborum, quae tunc sine dubio ita se haberet: *τὴν δὲ χάριν βεβαιότερος ὁ δράσας —ὁ δ'ἀντοφείλων ἀμβλύτερος*. Quare non dubito, ad enunciatum consecutivum *χάριν* referre, coniunctione propter vim vocis *χάριν* postposita. Neque vero durius hoc est, quia *ὀφειλ.* ad praedicatum refero vertens: Constantior autem est, qui praestitit beneficium, gratiam ut sibi debitam (als verschuldete) conservet per benevolentiam erga eum, in quem contulit. De coni. signif. cf. Krueg. Gr. §. 65. 3. 1; de attract. in *ᾧ* Krueg. de authent. Xen.

An. p. 26. et Gr. §. 51. 13. 4. — i) *διότι*. I. 77. 1.; scil. ante *τοῖς* proprie ponendum erat. — k) *ὅτι*. I. 10. 6[4]; 90. 4; 144. 2 (ter); II. 64. 3; III. 36. 2. (De h. l. tamen vide infra §. 30.) III. 37. 1. *ἔγνων δημοκρατίαν ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἑτέρων ἄρχειν* Poppo hunc constituit verborum ordinem: *ἔγνων, ὅτι ἀδύν. ἐστιν, δημ.* (accus. subiecti) *ἄρχειν ἑτέρων*. Sed mihi, ut plerisque, *δημ.* obiectum est ad *ἔγνων*, ita ut ad *ἀδύνατόν ἐστι* idem subiecti vice intelligatur, qua interpretatione non video, quid sit simplicius et aptius. (De praedicati *ἀδύνατον* neutrali genere cf. VI. 39. 1. et Matth. Gr. §. 437.) Coniunctio igitur non est traiecta h. l. — IV. 27. 1; V. 7. 3[5]; VIII. 72. 1; 78. 2[1]; 86. 3; 89. 1; 108. 1. Fere semper *ὅτι* interponitur in formula *οἶδ' ὅτι* vel *εὖ οἶδ' ὅτι*, quare etiam uncis haec inclusit Bekkerus. Illud legitur III. 113. 4[6]; IV. 20. 3[4]; hoc VI. 34. 7; ibid. §. 8[9]; 38. 1; 68. 3. Eadem apud alios vel in fine enunciati occurrunt; cf. Matth. Gr. §. 630. g.; Krueg. ad VI. 34. 7. — Porro quod Poppo Prolegg. l. c. inter traiecti *ὅτι* exempla refert II. 12. 3 et VIII. 86. 4[6], quibus adnumerari possunt I. 144. 2 et V. 83. 3, minus huc pertinent, quia ibi non *ὅτι*, sed enunciati primarii verbum traiectum est. (Vide supra §. 19.) — Atque, quem ipse nuper huc retuleram locum I. 66. 1. *Τοῖς δ' Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις αἰτίαι μὲν αὗται προεγεγένηντο ἐς ἀλλήλους, τοῖς μὲν Κορινθίοις ὅτι τὴν Ποτίδαιαν ἑαυτῶν οὖσαν ἀποικίαν καὶ ἄνδρας Κορινθίων τε καὶ Πελοποννησίων ἐν αὐτῇ ὄντας ἐπολιόρκουν, τοῖς δ' Ἀθηναίοις ἐς τοὺς Πελοποννησίους, ὅτι κ. τ. λ.*, offendens, ut Reisk., in turbata per *τοῖς μὲν Κορ.* (pr. *τοῖς μὲν Πελοπ. ἐς τοὺς Ἀθην.*) antithesis membrorum ratione ideoque post *τοῖς μέν* interpungendum esse coniiciens[1]), ita ut *Κορινθίοις* sit dativ. incom. ad *τὴν Ποτίδ. ἐπολ.*, altero (remotiore) demum membro accuratius definito (cf. IV. 14. 4[5]), (ex quo vertas: his (sc. Pelop.) quod Corinthiis Potidaeam, licet ipsorum esset colonia, illi oppugnaverant, Atheniensibus vero etc.) nunc mitto propter remanentem reflexivi *ἑαυτῶν* difficultatem, quae, etsi liberior in hisce sit Thuc. (cf. supra §. 14.), h. l., altero quidem membro respecto, vix ferri potest. — Addo, praesertim *ὅτι* a ceteris quoque scriptoribus transponi; cf. Krueg. ad

---

[1]) Ambigua eiusmodi dictio in Thuc. haud est mira; cf. II. 11. 5[7]; 43. 2 etc. et Krueg. ad hos locos.

Xen. An. I. 6. 2. Arr. exp. Alex. VII. 27. 1. etc. — Similiter *μή* coniunctionem Thuc. traiecit VI. 29. 3; 75. 3, *πρίν* II. 67. 3.[1]) — De universa hac materia cf. Krueg. Gr. §. 54. 17. 7. Bernh. Synt. p. 461. et de Latin. Zumpt. ad Cic. Verr. V. 15. 39; Kuehn. ad Cic. Tusc. II. 4. 12.

Iam dicendum est de III. 68. 1., *οἱ δὲ Λακεδ. δικασταὶ νομίζοντες τὸ ἐπερώτημα σφίσιν ὀρθῶς ἕξειν εἴ τι ἐν τῷ πολέμῳ ὑπ' αὐτῶν ἀγαθὸν πεπόνθασι, διότι τόν τε ἄλλον χρόνον ἠξίουν δῆθεν αὐτοὺς—ἡσυχάζειν, καὶ ὅτε ὕστερον, ἃ πρὸ τοῦ περιτειχίζεσθαι προείχοντο αὐτοῖς,—ὡς οὐκ ἐδέξαντο, ἡγούμενοι—ἔκσπονδοι ἤδη ὑπ' αὐτῶν κακῶς πεπονθέναι,—ἀπέκτειναν*, cuius loci ordo ab aliis alia ratione constituitur; cf. Schol. et Port. Alii coniecturis vexarunt locum; Heilm. aut *ὥς οὐκ ἐδ.* legendum, aut *ἃ* delendum, Dobr. *ὡς* reiicendum censent, Kueppers. Curae critt. p. 12. sq. *καὶ ὥς* pro *ὡς*, Poppo *ὅτι* pro *ὅτε* legi voluerunt. Quae singula diiudicare supersedens, tantummodo quid ipse statuam proferam. Viam explicandi monstrat particulae *τε* collocatio, ex qua patet, iungenda esse *τόν τε ἄλλον χρόνον—καὶ ὅτε ὕστερον κ. τ. λ.* Itaque *καὶ ὅτε κ. τ. λ.* continent additamentum temporale ad *διότι— ἠξίουν —αὐτοὺς ἡσυχάζειν*, unde Popponis coniectura *ὅτι* reiicitur. Nec quod idem seductus exemplis, quibus in iterata coniunctione commutantur *ὅτι* et *ὡς* notione „dass“ in enunciatis substantivis quae vocantur, vult, postea *ὅτι* per *ὡς* iterari, h. l. potest ferri propter diversam illarum particularum in sententiis causalibus notionem. Melius vero *ὅτε* post interiecta alia per *ὡς* repeti poterat, ita ut *ἐδέξαντο* sit verbum ad *ὅτε*. Etenim scimus, Thuc. et alia et particulas post alia interposita iterare; cf. §. 25. 16. etc., idemque in coniunct. iisque vel mutatis alios scriptores fecisse, docuerunt Krueg. in Gr. §. 65. 1. 5. et Poppo ad Xen. Cyr. V. 3. 30. — Quare haud scio an iure retineas vulgatam lectionem. Totum locum quod attinet, recte disposuit et convertit solus Krueg.

[1]) Multa traiectarum coniunctionum exempla apud poëtas reperies. Ita Aristoph., ut, quae ex hoc collegi, singula exempla afferam, traiecit *εἰ* Nub. 742; 1273; 715; 450; *ἤν* Nub. 926; 1073; 1068; *ὡς* Nub. 1443; 1508; *ὅπως* Nub. 258. Acharn. 26.

9. De singulis particulis.

§. 25. De ἅμα, ἄν, μέντοι—γε et καίτοι—γε.

1. Ἅμα. Editores II. 94. 3[4] καὶ μετὰ τοῦτο φυλακὴν ἅμα τοῦ Πειραιῶς μᾶλλον τὸ λοιπὸν ἐποιοῦντο λιμένων τε κλήσει καὶ τῇ ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ pro ἅμα quod in XV. Codd. iisque magnam partem optimis legitur, vulgo exhibent ἤδη, cuius tutelam, quod, ἅμα quid sibi velit, non pateat, suscepit Haas. Lucubr. Thuc. p. 3. sq., assentiente Krueg. Sed iure retinuere ἅμα Haack., Bekker., Poppo, qui recte explicuit: Videtur traiectum ad verba λιμ. τε κλήσει καὶ τῇ ἄλλῃ ἐπιμ. referendum esse, ut ἅμα . . τε . . . καί, quemadmodum saepe, inter se cohaereant. — Alterum exemplum traiecti ἅμα nonnullis videtur esse IV. 130. 2. καὶ τῇ ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ Νικίας μὲν τῷ ἡμίσει τοῦ στρατοῦ προϊὼν ἅμα ἐς τὰ μεθόρια τῶν Σκιωναίων τὴν γῆν ἐδῄου, Νικόστρατος δὲ τοῖς λοιποῖς—προςεκάθητο τῇ πόλει. H. l. Portus vim particulae ἅμα hisce illustrat: ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ὁ μὲν ἑτέρωθεν τὴν γῆν ἐδῄου, ὁ δὲ ἑτέρωθεν τῇ πόλει προςεκάθητο, unde desideres, ἅμα aut ante Νικίας μέν aut post Νικόστρατος δέ collocatum esse. Dukas ἅμα τῷ ἡμίσει iungi vult, cui favet Cod. E., ἅμα ante προϊών collocatum praebens; Krueg. denique explicat: zugleich mit dem Vorrücken verheerte er. Atque revera haud scio an Thucydidis mentem assequamur cogitantes de Nicia Mendaeorum (non Scionaeorum, id quod Schol. vult) terram vastante simulque in confinia Scionaeorum progrediente atque ea quoque carpente, ita ut cum Kruegero traiectionem vitemus.

2. ἄν. Saepius a verbo apodosis, quam vocant, ἄν transfertur ad participium, cui inest conditio. cf. I. 11. 3[2]. πολιορκίᾳ δ'ἂν προςκαθεζόμενοι ἀπονώτερον τὴν Τροίαν εἷλον et Popp. ad h. l., qui contulit I. 21. 1; II. 18. 3[4]; omninoque a verbo ad quod pertinet, praesertim, ubi in fine enunciati hoc positum est, separatur atque in initio, adiunctum coniunctioni, pron. indef., particulis, alienis additur. cf. I. 22. 1. ὡς δ'ἂν ἐδόκουν ἐμοὶ—εἰπεῖν et Popp. ad h. l., qui attulit II. 39. 1; 83. 2[3]; 89. 3[5]; III. 42. 2; 89. 4[5]. cf. Hartung de partic. II. p. 329. Krueg. Gr. §. 69. 7. 5. Atque tunc vel repetiit scriptor in fine ἄν. Cf. I. 76. 3[4] et Popp. ad h. l. Saepissime tamen post plura interposita, ut alii, ita Thuc. ἄν iteravit; atque vel ter repetitum reperies.

Exempla collegerunt Krueg. ad I. 36. 3. et 76. 3; Poppo ad I. 136. 3. Krueg. Gr. §. 69. 7. 3. Singulis membris ἄν additum est II. 41. 1: λέγω . . δοκεῖν ἄν μοι τὸν αὐτὸν ἄνδρα . . . ἐπὶ πλεῖστ' ἂν εἴδη καὶ . . μάλιστ' ἂν εὐτραπέλως τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι. cf. Popp. ad h. l. Revera autem VI. 18. 2. ἄν non iteratum est, quia ibi particulae ad diversa spectant, subestque usus, de quo Herm. de partic. ἄν IV. 7. extr., Hartung. l. c. II. p. 321. disseruerunt. — De VI. 89. 5[6] denique, ubi nonnulli ἄν traiectum esse putaruut, prorsus recte disputavit Poppo ad h. l.

3. *μέντοι—γε* et *καίτοι—γε*. Memorabile est, has particulas, quarum illa XVII.,[1]) haec III.[2]) locis in Thuc. occurrit, constanter disiungi interposita ea voce, quae vi effertur. Idem in Herodoto observari, Krueg. ad Dion. p. 266. docuit, quum in ceteris scriptoribus eiusmodi constantia non occurrat. Xenophon quidem amat γε μέντοι voci, quae extollitur praemittere; cf. Anab. I. 4. 8; I. 9. 14; III. 1. 27; Hell. II. 4. 22 et 42; Cyr. III. 3. 20; VII. 5. 52 etc., a quo distant Anab. II. 3. 9 etc., unde leve possis argumentum assumere, Thuc. libros ultimos non esse a Xenoph. conscriptos. Etiam poëtae scenici rationem a Thuc. diversam sequuntur cf. ex. gr. Soph. Ai. 483; 1370; Trach. 1107 etc. Cf. de hac re Krueg. Gr. §. 69. 15. 3.

§. 26. De γάρ particula.

Notum est, Graecos saepius in initio enunciati causalis ponere καὶ γάρ (lat. etenim), particulasque illas arte cohaerere, sicut similes ἀλλὰ γάρ (lat. enimvero); cf. Matth. Gr. §. 615. Haud raro tamen separatas eas invenies et apud alios cf. Arr. exp. Al. VII. 27. 3. καὶ αὐτὸν γάρ et apud Thuc. Sed tunc καί est cumulativum cf. VIII. 109. 1., vel voci interpositae vis inest.

Saepius vero ipsae particulae inter se non cohaerent, verum καί ad primarium, γάρ ad interpositum causale enunciatum pertinet. cf. I. 31. 2. ἐφοβοῦντο καὶ ἦσαν γὰρ—ἔνσπονδοι—ἔδοξεν αὐτοῖς... Alexand. περὶ σχημ. VIII. p. 482. enunciatum ἦσαν γὰρ κ. τ. λ. hyperbaton vocat, sed cohaeret haec res cum usu Graecorum enunciatum causale praemittendi enunciato, ad quod per-

[1]) I. 3. 2; 66; III. 2; 142; II. 13. 1; 47. 2; 57. 2; 65. 2; III. 11. 3; 86. 1; 89. 3; IV. 72. 4; 78. 4; V. 80. 2; VI. 72. 2; VII. 14. 3; VIII. 84. 2.
[2]) I. 40. 3; III. 58. 1; IV. 85. 4[7].

tinet et utrumque arte coniungendi cf. Matth. Gr. §. 615. p. 1465. Krueg. ad Xen. An. III. 1. 24; ad Herod. I. 24. 2. Similes loci sunt I. 105. 4[7]; 137. 2; III. 70. 2[3]; 107. 3; IV. 132. 2, ubi de adiecto δέ cf. Popp. — VII. 48. 3[2] ubi maxime, quam arte utrumque enunciatum cohaereat, patet ex subiecti collocatione.

Atque vero elucet illis locis recte intellectis γάρ legitimum locum obtinere. Sunt tamen loci, quibus nimis ab enunciati initio remotum videatur. cf. I. 72. 1. *τῶν δὲ Ἀθηναίων ἔτυχε γὰρ πρεσβεία πρότερον . . . παροῦσα καὶ ὡς ᾔσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς κ. τ. λ.* Genitivus *τῶν δὲ Ἀθην.* h. l. pendet a *πρεσβεία*, totique loco subest attractio illa (vocis in enunciatum causale), quae maxime Herodoto propria, ceterum tamen fere non adhibita est nisi a Thuc. cf. Werfer. Act. phil. Mon. I. 1. p. 81, qui comparat Herod. I. 24. 2, IV. 200, IX. 109. 1. cf. Bernh. Synt. p. 465; Matth. Gr. l. c.; Krueg. Gr. §. 60. 4. 2. Etenim proprie dicendum erat h. l. *Τοιαῦτα μὲν οἱ Κορίνθιοι εἶπον. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι (ἔτυχε γὰρ πρεσβεία αὐτῶν . . παροῦσα) ὡς ᾔσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς κ. τ. λ.* Quae quum ita sint, *καί*, quod ante *ὡς* legitur, adauget obscuritatem structurae, nisi forte verba *ἔτυχε —πολεμεῖν* per parenthesin accipias, qua finita, ut sapius, *οὖν* excipiat narrationem,[1]) ita ut haec concinna sit ratio loci: *Τοιαῦτα μὲν οἱ Κορ. εἶπον. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι (ἔτυχε γὰρ αὐτῶν πρεσβεία κ. τ. λ.—πολεμεῖν) προσελθόντες (οὖν) τοῖς Λακεδαιμονίοις ἔφασαν βούλεσθαι καὶ αὐτοὶ ἐς τὸ πλῆθος αὐτῶν εἰπεῖν.* Confirmatur haec mea sententia additis *καὶ αὐτοί*, quibus Athenienses se opponunt Corinthiis; omninoque plura ita interiicere Thuc. non sprevit. Sic equidem locum intelligo, quum alii anacoluthon in *καί* (quod ante *ὡς* legitur) statuant, alii ipsum *καί* deleri velint (Reisk., Krueg.) Similes in Thuc. loci sunt: I. 51. 1[2]; 115. 4. *τῶν δὲ Σαμίων ἦσαν γάρ τινες οἳ οὐχ ὑπέμενον, ἀλλ' ἔφυγον ἐς τὴν ἤπειρον, ξυνθέμενοι . . ξυμμαχίαν . . διέβησαν . . ἐς τὴν Σάμον.* VIII. 30. 1. cf. Popp. ad h. l. Particula *γάρ* igitur his locis speciem tantum traiectionis prae se fert.

De hac particula pluribus postposita in universum disseruerunt Fritzsch. Qu. Luci. p. 100. Bremi. ad Dem. in Aph. §. 6. p. 21. — cf. Klotz. ad Devar. p. 251.

[1]) Cf. III. 95. 1; VI. 64. 3; VII. 6. 1; 42. 4; VIII. 57. 2. cf. Krueg. Gr. §. 69. 52. 3.

§. 27. De ἤ—ἤ et οὔτε—οὔτε.

In particula ἤ saepius traiectio occurrit orta ex mutata in altero membro oratione. Cf. IV. 27. 3[4] καὶ γνοὺς ὅτι ἀναγκασθήσεται ἢ ταὐτὰ λέγειν οἷς διέβαλλεν ἢ τἀναντία εἰπὼν ψευδὴς φανήσεσθαι. H. l. quum plures interpretandi vias inire possis aut iungens γνοὺς ἢ ὅτι ἀναγκ. ταὐτὰ λέγειν . . ἢ . . φαν. (cf. Popp. ad h. l.), ita ut ἤ traiectum sit, aut φαν. ab ἀναγκ. suspendens, aut ad φαν. ‚νομίζων‘ subaudiens cum Krueg., equidem eam eligendam esse puto, in qua vox ἀναγκ., quae in hoc Cleonis dilemmate summi est momenti, maxime extollitur, eaque ex allatis est altera. De infin. fut. insol. cf. Rost Gr. §. 116. adn. 7. Itaque inter ἤ traiecti exempla h. l. non refero. — Exempla autem sunt VI. 18. 1. ὥςτε τί ἂν λέγοντες εἰκὸς ἢ αὐτοὶ ἀποκνοῖμεν ἢ πρὸς τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους σκηπτόμενοι μὴ βοηθοῖμεν; desideramus enim hunc ordinem: ὥςτε τί ἂν ἢ λέγ. αὐτοὶ ἀποκν., ἢ κ. τ. λ. Simili modo VI. 24. 1. dativus τῷ πλήθει τῶν πραγμάτων ad primum tantum membrum pertinens inter ἤ—ἀποτρέψειν collocandus erat. —Porro VI. 40. 1., nisi gravius vitium loco subest, de quo cf. Popp. ed. mai., enunciata disiunctiva certe ita collocanda erant: ἢ εἰ . . σπεύδοντες ἀμαθέστατοί ἐστε . . ., ἢ εἰ εἰδότες τολμᾶτε, ἀδικώτατοι, sive ἢ ἀμαθ. ἐστε, εἰ . . σπεύδοντες, ἢ ἀδικ., εἰ εἰδότες τολμᾶτε· primum ἤ igitur traiectum est. Neque vero in hac ipsa re vitiosus est locus. — VIII. 46. 1. μηδὲ βουληθῆναι κομίσαντα ἢ ναῦς —, ἢ Ἕλλησι—μισθὸν πορίζοντα κ. τ. λ. (pr. ἢ κομίσ.) — Denique Krueg. huc pertinere vult VIII. 39. 2 καὶ τὰς ναῦς ταύτας ἢ αὐτὰς ἢ πλείους ἢ καὶ ἐλάσσους . . ἀποπέμπειν, adnotans: τὰς ναῦς ταύτας malis post αὐτάς posita esse, sed praeposita sunt, quia ναῦς saltem ante ἤ collocari debebat. Sed recte iam Haack. adnotavit: ἢ αὐτάς „aut ipsas“ i. e. nec plures, nec pauciores, sed numero integro relicto. Etenim αὐτός h. l., ut saepius, nomini additum definit eius notionem, ut res ipsa per se significetur, valetque tunc „μόνος“. cf. Krueg. Gr. §. 51. 6. 7. Quare quum sensus sit: „has naves vel solas per se vel auctas numero vel deminutas,“ nequaquam de traiectione cogitandum est. — Ex aliis scriptoribus cf. Eur. Med. v. 846; Liv. VII. 29. longinquitate vel regionum vel temporum spatio. Cic. de orat. I. 13. 58. dicant vel Graeci . . vel nostri anteponant. (Pp.) Simili modo traiicitur:

2) οὔτε. Exempla sunt: I. 78. 3[4], ubi οὔτ' αὐτοί ante ὄντες collocandum erat. — II. 62. 3[2] quo de loco supra §. 17. iam dictum est. — III. 39. 3. παράδειγμα δὲ αὐτοῖς οὔτε αἱ τῶν πέλας ξυμφοραὶ ἐγένοντο . . . οὔτε ἡ παροῦσα εὐδαιμονία παρέσχεν ὄκνον κ. τ. λ., ubi παράδειγμα δέ antepositum est, quasi utriusque membri praedicatum sit. — III. 96. 2[3]. τοὺς δὲ Αἰτωλοὺς οὐκ ἐλάνθανεν αὕτη ἡ παρασκευή, οὔτε ὅτε τὸ πρῶτον ἐπεβουλεύετο, ἐπειδή τε ὁ στρατὸς ἐςεβεβλήκει, πολλῷ χειρὶ ἐπεβοήθουν πάντες, ubi incepta est oratio, acsi non adiiciantur πολλῇ—πάντες. — IV. 86. 2. οὔκουν ἀξιῶ οὔτ' αὐτὸς ὑποπτεύεσθαι—οὔτε τιμωρὸς ἀδύνατος νομισθῆναι, qui solus locus, traiecti οὔτε exemplum, a Poppone in Prolegg. l. c. allatus est, multum dubitationis interpretibus movit, quum alii αὐτός ante οὔτε collocari, alii in ἄλλως vel ἀδίκως et sequens οὔτε in οὐδέ vel οὕτως mutari velint. Sed omissis hisce consideremus nexum sententiarum. Supra c. 85. 4[6] orator proponit: ἢ ἄδικον τὴν ἐλευθερίαν ἐπιφέρειν ἢ . . ἀδύνατος τιμωρῆσαι τὰ πρὸς 'Αθην. Utrumque in seq. refutat, hoc verbis καίτοι—ἀποστεῖλαι, illud c. 86. 1. verbis αὐτός τε οὐκ ἐπὶ κακῷ κ. τ. λ. Tum h. l. colligit ex allatis: οὔκουν ἀξιῶ κ. τ. λ. Unde patet, per αὐτός h. l. oratorem significare se ipsum, quod attinet ad suam fidem et intentiones, cui opponit potentiam id perficiendi, quod promisit Acanthiis, sententiamque esse: nec ipse per me iniusta sequor, nec desunt mihi copiae ad vos tuendos validae. Quod Poppo putat, per αὐτός necesse esse orator se ab aliis, non fidem a viribus discernat, equidem non assequor. Quid tunc sibi vult αὐτός in initio capitis, cuius eadem est ratio, ac nostri? Immo vero pronominis αὐτός usus in membris inter se oppositis tam late patet apud Thuc., tamque variis inservit rationibus, ut minime h. l. illud in dubium vocare vel delere liceat. Sequitur ex iis, quae disputavi, ut οὔτε suo loco collocatum sit. — V. 7. 3[5] καὶ γὰρ οὐδὲ ἐφαίνετο οὔτ' ἐπὶ τοῦ τείχους οὐδεὶς οὔτε κατὰ πύλας ἐξῄει· pro collocatione particulae οὔτε h. l. ἐξῄει abesse malis. Rursus controversa est traiectio VI. 17. 3 καὶ οὐδεὶς δι' αὐτὸ ὡς περὶ οἰκείας πατρίδος οὔτε τὰ περὶ τὸ σῶμα ὅπλοις ἐξήρτυται, οὔτε τὰ ἐν τῇ χώρᾳ νομίμοις κατασκευαῖς.[1]) Sunt qui h. l. alterum τά (ἐν τῇ χώρᾳ) pro accus. accipiant; ita Haak. statuit,

[1]) Poppo in dubio rem relinquit. vide ed. min.

eiusque in partes discedens Boehmius putat, allatis *οὔτε* traiecti exemplis (III. 96. 3 et V. 7. 5) non demonstrari, etiam subiectum traiici posse ante *οὔτε*, et *τὰ ἐν τῇ χώρᾳ* h. l. pro nominat. accipi posse. Sed aeque ratione ac Thucydidis usu refellitur haec sententia. Namque, ut praemittam, *νομίμοις κατασκευαῖς* valere h. l. „munimentis validis“,[1]) apparet, non quadrare subiectum *οὐδείς* ad alteram enunciati partem, quum orator explicans, cur Siciliae potentia instanti bello non sit metuenda, hanc proferat sententiam: in Sicilia nec singuli corporis tegimento, nec terra munimentis instructi sunt, itaque opponat singulos terrae universae. Boehmii autem dubitatio nullius est momenti iam idcirco, quod in hisce rebus analogia est argumenti instar. Hyperbaton, quod vocant, igitur h. l. negari nequit. — Porro VI. 17. 4[5] *καὶ μὴν οὐδ' ὁπλῖται κ. τ. λ.* desideras hunc ordinem: *οὔτ' ἐκείνοις οὐδ' ὁπλῖται, ὅσοιπερ κομποῦνται,* (sc. *εἰσιν*), *οὔτε οἱ ἄλλοι Ἕλληνες διεφάνησαν τοσοῦτοι ὄντες κ. τ. λ.* — VIII. 21. 2[1] *καὶ τοῖς γεωμόροις μετεδίδοσαν οὔτε ἄλλου οὐδενὸς οὔτε ἐκδοῦναι . . . οὐδενὶ ἔτι τοῦ δήμου ἐξῆν* quae pr. sic debebant procedere: *καὶ οὔτε ἄλλου οὐδενὸς τοῖς γεωμ. μετεδ. οὔτε κ. τ. λ.* Temere mutata in altero membro structura movit traiectionem, quae occurrit II. 5. 3[5], ubi pro *οὔτε* desideres *οὐ*. — De Latin. cf. Fittbog. ad Iustin. XXXI. 8. 8.

§. 28. De *μέν* et *δέ*.

Exstant loci, quibus *δέ* antecedentis quidem *μέν* habita ratione alienae voci additum esse videatur. Ita III. 28. 1 *ποιοῦνται . . ὁμολογίαν . . ὥςτε Ἀθηναίοις μὲν ἐξεῖναι βουλεῦσαι κ. τ. λ., πρεσβείαν δὲ ἀποστέλλειν.. Μυτιληναίους κ. τ. λ.* concinnitas structu-

[1]) *κατασκευή*, apparatus, (non „aedificium“) cf. Paus. VII. 25. 5; Thuc. II. 65. 2., in re bellica, ut nostrum „Werk“, est apparatus, quo arcentur hostes, i. e. munimentum. cf. Polyb. IX. 27. 3. De qua quum h. l. sermo sit, perperam Arnold. de pontibus viisque publiciis etc. simul cogitat. — *νόμιμος* pr. est id, quod cum lege et moribus convenit et persona (cf. Plat. Gorg. p. 504. D) et res (Thuc. I. 85. 2.). Quam notionem h. l. cum Blomf. intrudere non licet. Nec cum Duk. *μόνιμος* recipio. Sed, ut *δίκαιος* (cf. Xen. Mem. IV. 4. 5 Cyr. VIII. 3. 38.) et Latin. legitimus, iustus (Horat.: legitimum carmen), *νόμιμος* in universum est *χρηστός*, praestans, validus; cf. Poll. Onom. IV. 4. Athen. IV. fin.

rae postulat *Μυτιλ. δὲ πρεσβ. ἀποπ.* in altero membro; videntur autem interposita *καὶ τὴν — δέχεσθαι αὐτούς* claram membrorum rationem conturbasse. (Similia in aliis particulis occurrunt; cf. VII. 69. 2, ubi *πάντα τε ἔργῳ* legimus, quum propter opposita *λόγῳ — ἔργῳ* concinnius *ἔργῳ τε πάντα* desideres.) Alia res est III. 69. 2. *ἐβούλοντο γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι . . ἐς τὴν Κέρκυραν πλεῦσαι . ., δώδεκα μὲν ναυσὶ μόναις παρόντων Ἀθηναίων περὶ Ναύπακτον, πρὶν δὲ πλέον τι ἐπιβοηθῆσαι ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ναυτικόν, ὅπως προφθάσωσι,* quo loco licet ex gram. syntaxi sibi opposita sint *παρόντων* et *ὅπως προφθάσωσι* indeque pendens enunciatum, tamen oratoria ratio, quippe qua ductus etiam *πρὶν — ναυτικόν* scriptor loco moverit, praevaluit, ita ut iam, quae ex illa sibi opposita sunt *δώδεκα μὲν ναυσ. παρ.* et *πρὶν δε πλέον τι ἐπιβ.* per *μέν* et *δέ* efferantur. cf. Krueg. ad h. l. — Insignis autem traiectio particulae *δέ* occurrit I. 38 3[5] *καλὸν δ' ἦν — τοῖςδε μὲν εἶξαι -, ἡμῖν δ' αἰσχρὸν βιάσασθαι κ. τ. λ.* Instituit scriptor h. l. orationem, acsi, quid utrisque pulchrum sit, expositurus *καλόν* ad utrumque membrum referre voluerit; sed postmodo *αἰσχρόν* adiecit, quo augeatur oppositionis vis.[1]) Simile est VII. 3. 4. cf. Bauer. apud Popp.

Iam grammaticas traiectiones quod attinet, Poppo Proleg. I. c. huc refert II. 94. *τῷ πεζῷ δέ.* III. 11. *ἐν τῷ αὐτῷ δέ* et sim. Sed haec partim sunt vulgaria, partim levioris momenti omnibusque scriptoribus communia, si quidem vocem enunciati primam extollere volunt; cf. Krueg. Gr. §. 68. 5. 4. Nec magis insolens est, quod in *ὁ μέν* et *ὁ δέ* a praepositione pendentibus vulgaris ordo inversus est III. 61. 1. *πρὸς μὲν τά.* — 82. 7. *ἐπὶ δὲ τῷ.* VI. 66. 1. VII. 12. cf. Matth. Gr. §. 288. adn. 3. — Offendit vero VI. 2. 4. *τάχα ἂν δὲ καὶ ἄλλως πως ἐςπλεύσαντες,* ita ut Steph. h. l. *ἄν* abesse velit (de quo tamen cf. Matth. Gr. §. 599. 2. c.) porroque VI. 10. 4, ubi optimorum Codd. lectio est *τάχα ἂν δ' ἴσως,* contra Blomf., Arnold., Bekker. *τάχα δ' ἄν* receperunt. Sane ipse Thuc. (cf. VII. 77. 3 *τάχα δὲ ἂν καὶ λωφήσειαν*) vulgarem rationem alias non sprevit, praetereaque in hisce rebus fluctuant codd. (cf. VII. 83. 2. *μέχρι οὗ δ' ἄν.* Vat. C. *μέχρι δ' οὗ ἄν*). Sed

[1]) Simili modo I. 126. 4[5] *αἰσχρῶς* addidit, quare iniuria hoc Cobet. deleri vult.

confirmatur codicum lectio primum altero, quem attuli, loco VI. 2. 4; accedit similis II. 63. 2[3] τάχιστ' ἄν τε πόλιν οἱ τοιοῦτοι ἀπολέσειαν, ubi τε totum adnectens enunciatum post τάχιστ' statim addi debebat. Docuit denique Erfurdt. ad Soph. Oed. R. v. 749. ed. Herm. ὃς ἂν δέ, ἡνίκ' ἂν δέ et sim. interdum apud scriptores inveniri. Neque vero deest causa traiectionis. Etenim ἄν antecedenti τάχα adeo innititur atque cohaeret notione, ut paene in unum coalescant; quare accedente δέ haud mirum est, ἄν non separari a τάχα etc. Atque etiam in concursu cum aliis particulis ἄν interdum simili modo principatum impetrat. cf. I. 76. 3[4] et 77. 4[6], ubi inter γε-οὖν, quae plerumque ne scriptura quidem discernuntur (γοῦν), ἄν insertum est. Nequaquam igitur l. supra c. cum Bekkero lectio mutanda est. — Idem vir doctus III. 79. 1[2] codd. lectionem τριςκαίδεκα δέ mutavit in τρεῖς δὲ καὶ δέκα, quod recepit etiam Krueg. Concedo, vulgo ab Atticis in singulas voces dividi numerale τρεῖς καὶ δέκα, ut τέσσαρες καὶ δέκα. Sed et alii (ut Aristoph. ran. 50. Xen. Hell. V. 1. 5. Isaeus VIII. 35. cf. Krueg. Gr. §. 24. 2. 6) formas indivisas admiserunt et a Thuc. eas in universum non esse alienas, apparet ex III. 69. 1; VIII. 22. 1; 88. 1: τριςκαίδεκα (Bekk. et Krueg. τρεῖς καὶ δέκα) cf. I. 116. 1. ἑκκαίδεκα. IV. 101. 1 et VII. 28. 3 ἑπτακαιδέκατος (Krueg. coniecit ἕβδομος καὶ δέκατος) etc. Bekkeri igitur sententia non stat. — Inter δέ nimis ab enunciati initio remoti exempla denique referendum est I. 6. 2[3] ἐν τοῖς πρῶτοι δέ. cf. Rost. Gr. §. 134. adn. 5. Sed in constanti hacce formula (ἐν τοῖς πρῶτοι), de qua cf. Bernh. Synt. p. 311; Matth. Gr. §. 290, quum verba artius cohaereant, res non admodum est insolens.

Similes traiectiones in ceteris quoque scriptoribus sparsim inveniuntur cf. Dem. c. Aristocr. §. 3. τὴν ὡς ἀληθῶς δὲ δικαίαν φυλακήν. (cf. Krueg. Gr. §. 68. 5. 1) cf. Bornem. ad Xen. An. III. 2. 7., (qui attulit ex Xen. π. ἱππ. XI. 8. ἐπὶ τῶν τοσούτων ἤδη δέ. Ephes. I. 2. ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ ἱερὸν στάδιοι δέ εἰσιν ἑπτά). — Arr. exp. Al. II. 2. 2. παρὰ βασιλέως Φαρναβάζῳ δέ. VI. 12. 5. Ποταμῶν τε ἐν μέσῳ ἀδιαβάτων τότε δ'ἐδόκουν εἶναι. cf. Ellendt. ad. h. l., qui δέ, quod antea reiecerat, nunc retinet. cf. Fritzsch. ad Luci. p. 100. Voigtl. ad Luc. Dial. Mort. III. — De maiore poëtarum in hisce licentia cf. Schaefer. ad Soph. Oed. R. v. 749. Melett. crit. p. 76. Popp. Prolegg. I. c.

§. 29. De *καί* particula.

Permulta *καί* traiecti exempla in Thuc. reperiuntur, sed in subtili et multifaria particularum ratione singulis locis multum potest disputari, quamnam, ut ita dicam, modulationem particula addat sententiae. Nihilominus tamen exstant loci complures, quibus particulam traiectam esse, certis rationibus possit evinci.

II. 46. 1. *Εἴρηται καὶ ἐμοὶ λόγῳ κατὰ τὸν νόμον . . . καὶ ἔργῳ οἱ θαπτόμενοι . . ἤδη κεκόσμηνται.* Krueg. quidem h. l., non statuens traiectionem, putat., per *καὶ ἐμοί* oratorem opponi iis, qui antea oratione civium occisorum laudes celebraverant, comparatque c. 35. 3. *καὶ ἐμέ.* Sed huius loci alia est ratio. Etenim c. 35. Pericles adversatus iis, qui ante eum orationem funebrem habuerant, quod laudaverant orationis illius publicam institutionem, profitetur, se, quemadmodum illi, ex lege concionaturum, non tamen, ut illi, ex animi sui sententia, sed quod maioribus ita placuerit. Toto igitur capite quum ratio intercedat inter oratorem ipsum et viros antea sic concionatos, recte se habet *καί* ad *ἐμοί* additum. c. 46. vero abest illa ratio; respondent sibi potius *λόγῳ εἴρηται* et *ἔργῳ κεκόσμηνται,* quia transit orator ab honore, quem oratione sua mortuis paravit, ad id decus, quo grata patria revera eos afficiat, a *κόσμῳ λόγου* ad *κόσμον ἔργου.* (Eadem oppositio est VII. 69. 2. *πάντα τε ἔργῳ—καὶ λόγῳ.*) Hac ratione cohaerere membra eo magis verisimile est, quod proprium est huic orationi, ut, quum procedat, per vocem communem (qualis h. l. quamquam non expressis verbis est *κοσμεῖν*) copulentur anteced. cum seq. (cf. 36. 2; 37. 2. etc.) ope particularum *τε — καί* et *καί — καί.* Si vero illi rei inserviunt particulae *καί—καί* h. l. (cf. sim. I. 80. 1. II. 60. 1. VI. 16. 1. etc.), pr. scribendum erat: *καὶ λόγῳ εἴρηται ἐμοί — καὶ ἔργῳ κ. τ. λ.,* unde primum *καί* traiectum esse patet. Causam autem, cur traiectum sit, recte profert Poppo ad h. l. dicens: „Ut concionem ad finem properare indicaret, scriptor *εἴρηται,* quo verbo finiri orationes solent, anteposuit et deinde orationem mutavit.“ Confirmant meam sententiam et similis l. supra cit. VII. 69. 2., ubi etiam pro *πάντα τε ἔργῳ* concinnius scriptor dixisset *ἔργῳ τε πάντα,* et cetera, quae iam afferam, *καί* traiecti exempla. — III. 67. 4[6] *ἀμύνατε οὖν — καὶ τῷ τῶν Ἑλλήνων νόμῳ ὑπὸ τῶνδε παραβαθέντι καὶ ἡμῖν—ἀνταπόδοτε χάριν κ. τ. λ.,* ubi instituta est

oratio, acsi ἀμύνατε esset verbum utrique membro commune (pr. καὶ ἀμύνατε κ. τ. λ.) Prorsus idem subest III. 71. 1. ὅτι ταῦτα καί (pr. ὅτι καὶ ταῦτα). IV. 105. 1; V. 16. 1; V. 61. 2. ὅτι οὐκ ὀρθῶς—καὶ γένοιντο (pr. καὶ ὅτι κ. τ. λ.) Etenim non facio cum Kruegero primo καί (καὶ γέν.) h. l. cumulandi vim tribuenti (Kr.: „schon auch nur geschlossen wären, geschweige denn gehalten würden.“) — V. 88. VI. 65. 2[1]. VIII. 10. 4[3] ἀλλὰ παρασκευάζεσθαι καὶ ναυτικὸν—καὶ τὰ—ποιεῖσθαι (pr. καὶ ναυτικὸν παρασκ., nisi forte propter anteced. καὶ ἐκ γῆς καὶ ἐκ θαλ., quibus illa respondent, post παρασκ. cum Kruegero putes excidisse καὶ πεζόν, ad quod spectet καί (ante ναυτικόν). — VIII. 10. 3[4] καὶ προςβαλόντων τῶν Ἀθηναίων καὶ κατὰ θάλασσαν ταῖς ναυσὶ καὶ ἐς τὴν γὴν ἀποβάντων, θόρυβός τε ἐγένετο κ. τ. λ. Perverse Krueg. ad h. l. affert Gr. §. 56. 14. 2; immo ita pr. dicendum erat h. l.: καὶ τῶν Ἀθην. καὶ κατὰ θάλ. ταῖς ναυσὶ προςβ. καὶ ἐς κ. τ. λ. Locis allatis quae sit causa traiectionis, patet; etenim aliis scriptor vult extollere antepositam particulae vocem, aliis (ut V. 61.) videtur asserere sententiae, quae adiungere antea nondum in animo habuerat. — Forsitan eodem quis referat III. 62. 1, ubi codd. lectio est: ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ βάρβαρος ἦλθεν—, φασὶ μόνοι Βοιωτῶν οὐ μηδίσαι καὶ τούτῳ μάλιστα—ἀγάλλονται, putans καὶ h. l. ad φασί pertinere (pr. καί φασι δὲ, ἐπειδὴ ὁ βάρβ.—καί κ. τ. λ.) sed (ut saepius τε cf. Krueg. ad III. 28. 1.) in praepositum enunciatum secundarium translatum esse. Thuc. iunxit quidem haud raro enunciata cum anteced. per καί—δέ cf. I. 132. 4; II. 36. 1; IV. 24. 2; VI. 71. 2; VII. 56. 3; VIII. 67. 3; attamen equidem (cf. Krueg. Gr. §. 69. 32. 10.) h. l. καί traiecti tutelam non susceperim, verum cum Popp. et Krueg. illud abesse malim. — Digna, quae notetur h. l., est etiam particulae καί collocatio in formula εἰσί δ'οἵ et sim. Postponitur relativo in illa hisce locis I. 65. 2[3] καί ἐστιν ἃ καὶ πολίσματα εἷλεν. II. 13. 6[7] ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν. II. 49. 5[8] εἰσὶ δ'οἳ καί. cf. II. 89. 5[7]; 94. 3; V. 72. 3; VI. 38. 2; 88. 5[4]; VII. 13. 3[2]; 29. 2[3]; 70. 6. cf. Xen. π. ἱππ. XI. 4. Anab. V. 2. 14. (Kr.) Anteposita relativo est tantummodo VII. 57. 3. ubi plerique codd. exhibent εἰσὶ δὲ καὶ οἵ, solus Vatic. εἰσὶ δὲ οἱ καί, cuius lectio haud scio an praeferenda sit ob tantam, quam vidimus, scriptoris in hac formula constantiam. Ceterum haec altera collocatio in

universum non est insolens. cf. Xen. de re publ. Laced. II. 12. Anab. V. 7. 22. Aelian. v. h. XII. 23. (Kr.) Fluctuat scriptura Arr. exp. Al. Prooem. §. 4 (ἔστι δὲ ἃ καί plures codd.; ἔστι δὲ καὶ ἃ edd. vett., Gronow., alii exhibent.)[1])

Gravem particulae καί traiectionem denotavit Poppo Prolegg. l. c., scil. I. 37. 1 . . . τῶνδε οὐ μόνον περὶ . . . τὸν λόγον ποιησαμένων, ἀλλ' ὡς καὶ ἡμεῖς τε ἀδικοῦμεν, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰκότως ποιοῦνται· exspectamus quippe h. l. ἀλλὰ καὶ (sc. περὶ τούτου) ὡς.[2]) Quod hyperbaton non admittens Krueg. suspicatur legendum esse ἡμεῖς τι, unde καί ad ἡμεῖς pertineret (oppos. καὶ αὐτοί). Mea autem sententia stat haec traiectio analogia locorum supra allatorum, atque ita, quamquam non stricte, valet etiam locus, quem ex Pind. Ol. II. 51. adscripsit Poppo: λέγοντι δ'ἐν καὶ θαλάσσᾳ. Porro quid sibi vult illud τε, quod Krueg. coniecit legendum, quum addito illo coerceatur vis verbi ἀδικοῦμεν prorsus contra loci rationem? Denique usitatius saltem est post οὐ μόνον — ἀλλὰ καί, licet solum ἀλλά ferri posse haud negaverim. — Qua in re quum adverser Kruegero, aeque improbo, quod idem assentiente Hartung. de partic. I. p. 134. (cf. Kiessling ad Tacit. Germ. 32.) alterum καί traiecti exemplum, quod attulit Poppo l. c., scil. I. 44. 1 ἀκούσαντες ἀμφοτέρων γενομένης καὶ δὶς ἐκκλησίας in adn. ad h. l. reiecit. Quaeritur h. l., utrum καί ad δίς solum pertineat, an genitivum absol. connectat cum ἀκούσαντες. Utrique favet scriptoris usus; sed non video ullum sententiae cumulum, cuius gratia δίς per καί efferri par sit. V. 116. 2[3] καὶ ἐλθούσης στρατιᾶς — καὶ κατὰ κράτος ἤδη πολιορκούμενοι, γενομένης καὶ προδοσίας ξυνεχώρησαν similis subest traiectio, nisi forte h. quoque l. καί per „etiam" vertere malis. — Porro quod I. 81. 1: δεήσει καὶ τούτοις Krueg. καί e suo loco motum esse putat, suspicans, genuinum esse τούτοις καί, equidem non ad τούτοις, sed ad totam sententiam καί malim referre, ita ut evanescat traiectio. Nec minus inutilis est coniectura, qua Krueg. vexavit IV. 27. 3[4] ὁρῶν αὐτοὺς καί mutans in ὁρῶν καὶ αὐτούς, ut sit: videns sponte („auch ohne seine Ermunterung" Kr.) eos propensos etc. Sed nescio, an hoc expressurus Thuc., ut VIII. 47. 2.

---

[1]) Fluctuant codd. in eadem re V. 45. 1. (pars ὡς καί, plerique καὶ ὡς praebent.

dixisset: καὶ ἀπὸ σφῶν αὐτῶν. Immo servatur omnis sententiae vis, si quidem, καὶ ad totam sententiam relato, vertimus cum Poppone: „Videns eos etiam (obenein) aliquanto magis animis propensos.“ cf. VI. 19. 1. et 24. 1[2], ubi eandem invenies sententiam. Particulam quod attinet, cf. I. 71. 3; II. 35. 1. et Krueg. ad h. l.; V. 113. — Atque etiam Haasii (Lucubr. Thuc. p. 54.) coniectura I. 79. 2 καὶ ἤδη (vulgo ἤδη καί) non stat, quia ad ἀδικεῖν non ad seq. apte ἤδη referri, iam ex V. 30. 2[1] καὶ ἤδη ἀδικεῖν colligitur. Revera tamen in ἤδη καί inest traiectio V. 39. 2[3] τοῦ χειμῶνος τελευτῶντος ἤδη καὶ πρός ἔαρ, quoniam constanter in hac formula ἤδη ad πρὸς ἔαρ adiungitur; cf. IV. 135. 1; V. 56. 5; 81. 2 (sim. VIII. 108. 1[2]). — Simili ratione V. 45. 1. καὶ λέγοντες ἐν τῇ βουλῇ περί τε τούτων — τὸν Ἀλκιβ. ἐφόβουν, μή, καὶ ἢν ἐς τὸν δῆμον ταῦτα λέγωσιν, ἐπαγάγωνται τὸ πλῆθος pro καὶ ἢν quod omnes codd. praebent, malis cum Poppone ἢν καί. Nam, quod alii post καί interpungunt, ex sententia refellitur, quia per καί asseri ἐς τὸν δῆμον ταῦτα λέγ. ad λέγ. ἐν τῇ βουλῇ patet etiam ex §. 4. καὶ — οὐκ ἔφασαν (ἐν τῳ δήμῳ) ὥςπερ ἐν τῇ βουλῇ. Rursus vero improbo, quod V. 97. Krueg. pro καὶ τοῦ coniecit τοῦ καί. Nam vulgata lectio, in qua ἔξω per καί extollitur („vel praeterquam quod“ Poppo; „auch abgesehen davon, dass“) bene se habet.

Iam dicendum est de III. 42. 3., quo loco καί traiectum esse iam Steph. adnotavit. Etenim monstrat nexus sententiarum oratorem, quum dicat: χαλεπώτατοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ χρήμασι προςκατηγοροῦντες ἐπίδειξίν τινα, non pari conditione exhibere τοὺς προςκατ. ἐπίδειξιν κ. τ. λ.) atque quos supra nominavit cives peiores, ita ut vertendum sit: „Valde periculosi quoque sunt ii, qui exprobrant (sc. oratoribus) ostentationem eloquentiae lucri causa factam“, sed vi quadam illos prae ceteris efferri ac vertendum esse: periculosissimi vero sunt, qui vel exprobrant etc. Itaque, quum cumulandi vim habeat καί, voci προςκατηγ., quippe quam efferat, particula anteponenda erat. Iam vera Poppo καί deleri aut post οἱ collocari vult. Mea autem sententia traiectionem adnotasse satis, quum verba ἐπὶ χρήμασι pr. ad ἐπίδ. pertinentia (cf. §. 20.) sed propter vim suam statim post οἱ inserta, etiam καὶ e loco movisse videantur. Magnam disputandi materiam viris doctis praebuit etiam VII. 73. 1. Ἑρμοκράτης δὲ ὁ Συρακόσιος

ὑπονοήσας αὐτῶν τὴν διάνοιαν . . . ἐσηγεῖται ἐλθὼν τοῖς ἐν τέλει οὖσιν, ὡς οὐ χρεὼν ἀποχωρῆσαι τῆς νυκτὸς αὐτοὺς περιιδεῖν, λέγων ταῦτα ἃ καὶ αὐτῷ ἐδόκει, ἀλλὰ ἐξελθόντας ἤδη πάντας κ. τ. λ. H. l. ea, quam exhibui, lectio in plurimis legitur codd., nonnulli codd. vero (Pal. Lugd. D.) *καὶ ἃ* (pro *ἃ καί*) praebent, quod ipsum, vel: *ἃ καὶ Γυλίππῳ ἐδόκει*, vel: *ἃ καὶ αὐτῷ τῷ Γυλίππῳ ἐδόκει* legendum esse, Dobraeus suspicatur; alii denique libri bonae notae (Cass. Aug. Il. etc.) *καὶ ἃ καί* praebent, unde Heilm. vertit: wobei er ihnen seine Gedanken weiter eröffnete, Abresch. vero *καὶ ἅμα καί* coniecit. Vulgatam defendunt Arnold. Goell. Poppo, contra Bauer. *καὶ αὐτοῖς* proposuit, Krueg. *καὶ ἃ* recepit, probans tamen nunc alteram Dobraei coniecturam, Blomf. denique temere totum enunciatum reiecit. — Primum vulgatam diiudicare lubet. Recte Arnold. eam explanavit, scil. a nullo certiorem factum ea ipsa divinasse Hermocratem, quae Athenienses exsequi sibi proposuissent, atque, quum sagacitatis eius hoc sit, scriptorem illud adiecisse (cf. I. 22. *ὡς ἐμοὶ ἐδόκει—ἀκριβείᾳ ἐπεξελθών*). Atque vero ita *καί* ad *ἃ* relato[1]) vulgata lectio non friget. Immo vero non omni ex parte placet. Sed virorum doctorum coniecturas quod attinet, Bauerum et Blomf. iam Poppo refutavit, porroque etiam Dobraei et Kruegeri senteotia mihi displicet. Namque h. l. commemorandi Gylippi, haud apta est occasio, eiusque si omnino, melius postea §. 2. mentio facta esset (in verbis *οἱ δὲ κ. τ. λ.*), quam nostro loco (cf. anteced. *ὑπονοήσας κ. τ. λ.* itemque seq. (§. 2.) *οἱ δὲ κ. τ. λ.* et (§. 3.) *ὡς δὲ κ. τ. λ.* in ipso Hermocratis consilio exponendo. Nec suo iure Krueg. eodem modo, ut h. l., VII. 51. 1. *Γύλιππος* restituendum pro vulg. *αὐτοί*, cuius ratio non appareat, censet; etenim quum sibi opposita sint illo loco *τοῖς μὲν Ἀθην.* et *οἱ δὲ Συρακ.*, huic adiectum est *καὶ αὐτοί* ex more Thuc., *αὐτός* licet non stricta sit ratio oppositionis, alteri membro addendi. (cf. I. 62. 3. et Krueg. ad h. l.) — Iam liceat mihi subscribere, quam, si ullam, equidem h. l. proposuerim emendationem. Est haec: *λέγων ταῦτα καὶ ἃ αὐτῷ ἐδόκει ἄλλα, ἐξελθόντας κ. τ. λ.*, unde *ἐξελθ. κ. τ. λ.* epexe-

[1]) cf. I. 46. 3[4] *ἀφ' οὗ καί* qua ipsa ex re. 128. 1; II. 21. 1; I. 130. 2. Eodem retulerim II. 35. 2. *ἐν ᾧ—καί*, ut sit qua ipsa in re (sc. *ἐν τῷ μετρίως εἰπεῖν*), licet obstare videatur collocatio verbornm.

gesis sunt ad ἅ—ἄλλα. Extollitur tunc per λέγων ταῦτα, id quod ipse Hermog. divinaverat, asseruntarque (per ἅ—ἄλλα inducta) ea quae proponit consilia ad hostium incepta frustranda. Idem haud scio an Valla legerit vertens: commemorans haec et alia, quae ipsi videbantur.

Transeo nunc ad eos locos, quibus καί cum εἰ coniunctum traiectum sit. Saepius quippe dirimit Thuc. εἰ καί (etsi), idque primum interposito τίς, ita ut quaestio oriatur, utrum singulis locis καί ad totam sententiam spectet, an ad singula. Krueg. καί cum εἰ iungit III. 46. 1[2]. ἤν τις καὶ ἀποστᾶσα πόλις γνῷ μὴ περιεσομένη. Sed perverse. Etenim καί, quod vel in Cod. Ar. Chr. Dan. peioribus deest, sensu καίπερ h. l. ad solum ἀποστᾶσα pertinere patet. Eadem ratio est II. 87. 5[9]: ἤν δέ τις ἄρα καὶ βουληθῇ. At recte affert Krueg. I. c. IV. 92. 2 νυνὶ δ' εἴ τῳ καὶ ἀσφαλέστερον ἔδοξεν εἶναι, μεταγνώτω, quia sensus est: Nunc vero, (oppos. χρῆν μέν §. 1) licet cui tutius visum fuerit (sc. τό μὴ πολεμῆσαι Schol.) commutet sententiam. Cui loco adnumerandi videntur II. 11. 2[3]. II. 49. 1. (cf. 51. 1.) 63. 1. IV. 11. 3[4]; 22. 3; VI. 24. 3[4]; 33. 4; 89. 2[3] etc. Neque tamen τὶς ita interponendi usus a ceterorum scriptorum usu prorsus recedit, ut Steph., alii putant, cf. Popp. ad VIII. 2. 1.; sed, quod interdum ambiguam reddit particulae καί rationem, omitti h. l. non poterat. Porro vero abhorret a communi usu, quod particulis εἰ καί Thuc. μή interposuit II. 11. 4[6] εἰ μὴ καὶ νῦν ὥρμηνται. (vulg. εἰ καὶ νῦν μὴ ὥρμ.) et VI. 60. 2[3] εἰ μὴ καὶ δέδρακεν, quo loco Codex D. pravus solus εἰ καὶ μή praebet.[1]) Quales traiectiones ne deleas idcirco quod in similibus fluctuant codd.,[2]) praesertim quum non prorsus absint eiusmodi a posterioris saltem temporis scriptoribus. cf. Onosand. Strateg. c. II.; μὴ ἀποδοκιμαζέσθω (sc. στρατηγὸς) πένης μετὰ ἀρετῆς εἰ μὴ καὶ ἀπολαμπρῶν. cf. Schwebel. ad h. l., qui confert Arr. Tact. p. 38. Dion. Hal. Archaeol. VIII. 30. p. 503. cf. Schneid. ad Plat. de re publ. I. p. 134 seq.

Restat, ut commemorem cumulationem particulae καί adamare Thuc. (cf. I. 20. 4[3] etc. et locut. καί τινες καί, cuius ex. colle-

[1]) Vide infra §. 31.

[2]) cf. II. 44. 3., ubi in compluribus libris optimis οἳ ἂν καὶ μή, in aliis οἳ ἂν μὴ καί, in paucis denique οἳ μὴ ἂν καί legitur, quum desideres pro sententia οἳ ἂν μὴ καί.

git Krueg. ad I. 75. 2.), ita tamen ut sua cuique sit ratio. Quare non probo, quod Poppo VI. 10. 2[3] οἱ δὲ καὶ—δεχημέροις σπονδαῖς καὶ αὐτοὶ κατέχονται alterum καί reiecit. Etenim „primum καί adiungit οἱ δέ iis, qui antea nominati sunt, alterum vero eosdem opponit Lacedaemoniis, quasi dicat scriptor: οἱ μὲν ἄντικρυς πολεμοῦσιν· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς, οἵ διὰ τὸ Λακεδαιμονίους ἔτι ἡσυχάζειν καὶ αὐτοὶ δεχημέροις σπονδαῖς κατέχονται." cf. Kampe Niciae orat. expl. Neo-Rupp. 1835. p. 12. Accedit solennis usus formulae καὶ αὐτοί apud Thuc., de qua cf. Krueg. Gr. 51. 6. 6.

§. 30. De τε particula.

Levissima atque vulgaris particulae τε traiectio subest iis locis, ubi in singulis nominibus per τε—καί iunctis, quibus articulus vel praepositio communis est, τε statim post articulum vel praepos., ad primum tantum nomen addaita, inseritur, quasi repetantur illa ad alterum nomen. cf. I. 26. 2[3] τούς τε οἰκήτορας καὶ φρουρούς. II. 100. 1 ἔς τε τὰ καρτερὰ καὶ τὰ τείχη. VIII. 97. 2. cf. I. 7. 2 et Krueg. ad h. l. I. 31. 49. 54. 2. 56. II. 40. 3; 49. 3; 65. 4; 80. 2; 101. 1; III. 3. 1; 18. 2; 98. 1; IV. 25. 1 (bis, ubi altero loco recte pro τότε Reisk. restituit τό τε) 85. 3; 97. 3; V. 71. 1; 115 etc. cf. Dobr. Advers. I. p. 116; Krueg. ad Xen. An. II. 2. 8; Elmsley. ad Eur. Her. 622; Krueg. Gr. §. 69. 59. 2; Hartung de partic. I. p. 116 sq. Patet, meram subesse brachylogiam.

Quae traiectio quum usitatior sit, ceterae a pedestris orationis scriptorum usu abhorrent. cf. Krueg. Gr. I. c., Hartung. I. c. p. 118; Bernh. Synt. p. 462. Sed quo rarius in aliis scriptoribus, eo saepius apud Thuc. talia invenies. Cohaeret autem haec res cum usu scriptoris, in altero ex duobus enunciati membris orationem institutam mutandi[1]) id quod infra apparebit. Iam exempla, quot fere reperiuntur, ipsa inspiciamus. — I. 1. 1. ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν κ. τ. λ. (pr. ὅτι τε ἀκμ. ἦσαν, quia sibi respondent h. I. ὅτι—ἦσαν et ὁρῶν). Traiectionis causa est transitus ad structuram partici-

[1]) itaque nititur plerumque συγχύσει structurae sive anacolutho, quale etiam in Lat. „et" inveniri docet Klotz ad Cic. Tusc. III. 3. 5. vel σχήματι ἀπὸ κοινοῦ. cf. Schaef. ad poët. gnom. p. 73. et ad Dem. I. p. 191.

pialem, non vero, id quod Krueg. vult, Atticorum *τε* cum *ὅτι* non iungendi consuetudo quae sententia refellitur Thuc. VI. 83. 1; VII. 18. 3[2], ubi apte ex Vat. H. *ὅτι* recepit Bekker. et ipse Krueg. cf. Arr. exp. Al. I. 1. 5. etc. — Similiter atque h. l. structura mutata et *τε* treiectum est IV. 116. 1; V. 44. 1; VI. 15. 1[2] (*βουλόμενός τε—καὶ ὅτι* —); VI. 21. 2, ubi recte se habet lectio *ὅτι πολύ τε—μέλλομεν—καὶ—στρατευσάμενοι*, atque sine causa Krueg. mutavit *τε* in *τι* et *καί* delevit. — cf. Xen. An. I. 2. 21. — Aeque plana est traiectio hisce locis: I. 16. 1. 53. 2; 72. 2[1]; 95. 3[4]; 133; III. 40. 6[8]; 70. 2, ubi, quemadmodum *τε* collocatum est, pro seq. *προειστήκει* exspect *προστάτης*. — IV. 24. 3]4]; 28. 3[4]; 52. 1[2]; 68. 1[2] (pr. *τε ἐν*); 80. 1; 100 1; 108. 5[6]; 127. 2; V. 11. 2[1]; 28. 2; 29. 3[2]; 32. 1; 44. 1. et 2[3]; 46. 4; VI. 14; 59. 1. cf. Popp. ad h. l. 61. 4[5]; 77. 1; 96. 2 (pr. *μέχρι τε τῆς πόλεως*); VII. 4. 5 (*ἐν αὐτοῖς τε*); 14. 2[3]; 17. 2[3] *παρεσκευάζοντο αὐτοί τε ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐς τὴν Σικελίαν καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ πέμψοντες*, ubi recte Poppo: Si deinde verba *τῷ αὐτῷ τρόπῳ πέμψοντες* abessent, oratio legitima esset; sed ibi scriptor ita perrexit, quasi hic scripsisset *καὶ αὐτοί τε παρεσκευάζοντο ἐν ὁλκάσιν ἀποστελοῦντες*. — 18. 1. cf. Popp. ad h. l.; 60. 1[2]; 69. 2 ubi *ἔργῳ τε πάντα* concinniora fuisse, iam supra dixi; — 77. 3 *τοῖς τε κ. τ. λ.* ubi pr. pergendum fuerat: *καὶ ἡμεῖς, εἰ—ἐστρατ., ἤδη τετιμωρήμεθα*. — 77. 4. *τά τε κ. τ. λ.*, ubi exspectamus in altero membro *καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ὁρῶντας—μὴ καταπληχθῆναι*. — 84. 3[4] *ἐς τὰ ἐπὶ θάτερά τε*, quo loco ultra, quam par est, *τε* ab enunciati initio remotum est; causa tamen est, quod artius cohaerent anteced.; cf. III. 81. 2. *ἐς τὸ Ἡραιόν τε*. — VIII. 97. 2. cf. Krueg. ad h. l., nisi forte *ἢ ἔς τε* dicendum fuisse putes. — 108. 1.

Transeo nunc ad eos potissimum locos, ubi cui suspectum *τε* fuit propter collocationem, vel perverse traiectionem statuerunt interpretes. — Primum quod attulit Poppo ad I. 16. traiecti *τε* exemplum I. 56., in verbis *τούς τε ἐπιδημ.* non respondet *τε* sequenti *καί*, sed enunciatum adnectit antecedentibus. Aeque fallitur afferens l. c. II. 37. 2. *ἐλευθέρως δέ τά τε πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύομεν καὶ ἐς τὴν—ὑποψίαν οὐ δι᾽ ὀργῆς τὸν πέλας—ἔχοντες.* Adnotavit ad h. l.: Post *τε*, ut saepe, oratio leviter mutata est,

perinde ac si ἐλευθέρως, quod scriptor primum cum utroque membro coniungere voluit, post κοινόν positum esset. Mea autem sententia ἐλευθέρως revera pertinet ad utrumque membrum atque οὐ δι' ὀργῆς—προςτιθέμενοι nihil est nisi explicatio vocis ἐλευθέρως adiecta alteri membro. Namque h. l. quae supra §. 29. de indole orat. fun. dixi, valent. Verbum vero alterius membri, nihil obstat, quin rursus πολιτεύομεν faciamus, nisi per ζεῦγμα malis διαιτώμεθα supplere. Quodsi ita locum explicamus, τε recte collocatum est. — Porro consentiente Kruegero Poppo τε putat traiectum esse III. 36. 2. ἐπικαλοῦντες τήν τε ἄλλην ἀπόστασιν ὅτι οὐκ ἀρχόμενοι ὥςπερ οἱ ἄλλοι ἐποιήσαντο καὶ προςξυνεβάλετο οὐκ ἐλάχιστον τῆς ὁρμῆς αἱ Πελοποννησίων νῆες κ. τ. λ. Valde confusa h. l. est structura in altero membro; desideres: καὶ ὅτι τὰς Πελ. ναῦς ἐπηγάγοντο, ὅπερ οὐκ ἐλάχιστον προςξυνεβάλετο τῆς ὁρμῆς. — Insignis particulae τε traiectio occurrit etiam I. 133. τότε δὴ οἱ ἔφοροι—ἀπὸ παρασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου — σκηνησαμένου διπλῆν διαφράγματι καλύβην, ἐς ἣν τῶν τε ἐφόρων ἐντός τινας ἔκρυψε καὶ Παυσανίου ὡς αὐτὸν ἐλθόντος καὶ ἐρωτῶντος τὴν πρόφασιν τῆς ἱκετείας ᾔσθοντο πάντα σαφῶς, ita ut, deleas τε, an ex sententiae anacoluthia explices dubites. Etenim si retinemus τε, necesse est ad seq. καί (καὶ Παυσαν.) referamus, qua re fit, ut sequentibus ᾔσθοντο πάντα σαφῶς enunciato relativo ipsis particulis τε—καί adiunctis (cf. I. 78. 2; 106. 1; III. 55. 2; V. 5. 1. Krueg. Gr. §. 59. 2. 6.) ad alterum totius enunciati membrum αὐτήκοοι δὲ βουληθέντες κ. τ. λ. verbum finitum desit, itaque tota structura conturbetur. Contra reiecta partcula τε iugenda sunt καὶ Παυσ.—ἱκετείας cum anteced. genitivo absol. τοῦ ἀνθρώπου—σκηνησαμένου κ. τ. λ., atque ᾔσθοντο est verbum finitum ad βουληθέντες omnino bene profluente sententia. Attamen equidem τε, quod in omnibus codd. legitur, non reiecerim, sed anacoluthon statuerim eiusmodi, ut Thucydidem scribere voluisse ἐς ἣν τῶν τε ἐφόρων ἐντός τινας ἔκρυψε καὶ Παυσανίας ὡς αὐτὸν ἦλθεν, ἐρωτῶντος ᾔσθοντο πάντα, sed confudisse structuram altera enunciati relativi parte ad seq. genit. absol. tracta contendam. Eandem sententiam sequuntur censor in Ephem. Ienens. a. 1816. m. Ian. Nro. 13. et Haack. in ed. II., quum Poppo et Krueg. itemque Hartung. l. c. I. p. 152. particulam exsecari velint. Conferri possunt III. 94. 3. (ubi pro ratione

particulae τε post Ναυπάκτῳ τε πολεμίοις οὖσι desideres cum Poppone: καὶ ἄδειαν (καιρὸν) δώσουσι προςποιεῖν· verum plane immutata est structura, quasi non antecedat τε — confitente ipso Poppone); VIII. 14. 2, ubi in βουλήν τε (pr. παρεσκεύαστό τε) et postea in ἄλλαι τε particula, si quidem genuina est, insolentius traiecta est. (Burges. p. 223 coniecit ἄλλαι ἔτι, Krueg. utrumque τε delendum censet.) — Aeque difficilis diiudicatu est locus I. 69. 2. μόλις δὲ νῦν τε ξυνήλθομεν καὶ οὐδὲ νῦν ἐπὶ φανεροῖς. Hartung. l. c. I. p. 101. putat, recte h. l. τε se habere, dicens: Der Ausdruck τε—καί findet in Zusammenfassungen gleich dem τε—τε Anwendung, wo es mit μέν—δέ synonym ist, collato Eurip. Rhes. 335. σύ τ' εὖ παραινεῖς καὶ σὺ καιρίως σκοπεῖς. Bakius contra τε traiectum ad μόλις refert: „et vix nunc convenimus et —." Alii denique et inter eos Poppo praeferunt γε, quod Krueg. vel recepit. Equidem Hartungii vestigia premere nolo, neque vero Popponi possum adstipulari. Etenim quamvis facile commutentur *TE* et *ΓE*, tamen vix temeritatis opprobrium effugiemus, si omnes locos, ubi difficilius τε explicatur, emendandos esse censuerimus. Quodsi unus alterve esset, non resisterem, sed quum tanta adsit copia, haud scio an Reiskii, aliorum, quam intra videbimus rationem temere corrigendi secuti scriptorem ipsum corrigamus. Singulis igitur locis certe non leve, sed severum iudicium adhibendum est. Iam vero quod Poppo iis maxime locis τε reiicit, ubi non nititur traiectio eo, quod saepius iam illustravi, scriptoris mutandae orationis studio, nimis angustis finibus rem includere videtur. Nam in aliis quoque particulis insolentiora eaque vix suis ex causis illustranda occurrunt. Immo unam saltem certam causam praeterea adesse exemplis monstrabo, estque ipsa, quae valet eo loco, quem nunc tracto. Evitare quippe studet Thuc. concursum particularum τε—δέ, kalophoniae, quae vocatur, causa; ideo, ubi vocem, cui τε addi debebat, in initio enunciati collocatam δέ sequitur, τε postea demum alienis accedit. Ita h. l. τε a μόλις separatum est, quae vox in primo membro (ut in altero: ἐπὶ φανεροῖς) vim continet, quare ne apte quidem νῦν, quod utrique parti commune est, per γε efferretur. Confirmant autem sententiam meam hi loci: III. 40. 6[8] κολάσετε δὲ ἀξίως τούτους τε καὶ τοῖς ἄλλοις—παράδειγμα—καταστήσατε. IV. 77. 2. Οἰνιάδας δὲ ὑπό τε Ἀκαρνάνων—καταλαβὼν—καὶ αὐτὸς ἀναστήσας. —

95. 1. τὸ ἴσον δὲ πρός τε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δύναται καὶ ὑπόμνησιν—ἔχει, ubi Reisk. iniuria pro τε coniecit γε, quod placuit Popponi et recepit Krueg. — V. 45. 3 βουλόμενος δὲ αὐτοὺς κ. τ. λ. VIII. 1. 2. πάντα δὲ πανταχόθεν αὐτοὺς ἐλύπει τε καὶ περιειστήκει—φόβος κ. τ. λ· ubi ipse Poppo: „scriptor πάντα δέ τε noluit dicere.“ — (Non huc pertinere II. 37. 2, id quod Poppo vult, iam dixi.)

Pari modo ceterae quoque traiectiones particulae τε, quarum alia alii suspecta fuit, magnam partem sua quaeque nituntur iusta causa, ita ut singulae deinceps accuratius tractandae sint. — I. 49. 4[6] ταύτῃ μὲν οὖν οἱ Κορίνθιοι—ἡσσῶντό τε καὶ οἱ Κερκυραῖοι ἐπεκράτουν. H. l. Krueg. reiecit τε, quod perverse collocatum et usurpatum sit. Sed constat, liberius Thuc. enunciata, quorum et subiectum et praedicatum diversa sunt, quorum inter actiones tamen aliqua intercedit ratio, per τε—καί coniungere. cf. I. 72. 2. οἱ δ' ἐκέλευόν τε ἐπιέναι καὶ παρελθόντες οἱ Ἀθηναῖοι ἔλεγον τοιάδε. VII. 4. 2. καὶ οἵ τε Ἀθηναῖοι ἀναβεβήκεσαν —τὸ—τεῖχος—καὶ ὁ Γύλιππος—ἐπῄει πρὸς αὐτό. VII. 83. 3[4] καὶ (sc. οἱ Ἀθηναῖοι) ἀναλαμβάνουσί τε τὰ ὅπλα, καὶ οἱ Συρακόσιοι αἰσθάνονται καὶ ἐπαιώνισαν, quo loco item Krueg. τε suspectum fuit. Unde patet, non perverse usurpatum esse τε illo loco (I. 49. 4[6]), ubi idem subest. Collocationem vero quod attinet, proprie sane ordo hic postulatur: ταύτῃ μὲν οὖν οἱ Κορ. τε καὶ οἱ ξυμ. ἡσσῶντο, καὶ κ. τ. λ. sed tunc ambiguum erat, τε ad proprius, an ad remotius καί referretur, quod ut evitaret, postea demum τε addidit scriptor. — II. 15. 4[5] ἐκείνῃ τε ἐγγὺς οὔσῃ τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου—νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι. H. l. plerisque insolens particulae τε collocatio ansam corrigendi dedit. Ita Bekker. ἐκεῖνοι coniecit, quod Boehmius quoque et Classenius receperunt; sed obscurius in illa voce subintelligas veteres Atticae incolas. Kueppers. l. c. p. 7. sq. εὖ κειμένῃ τε καὶ ἐγγύς proposuit, quum Krueg. κεῖσθαι apte de fonte dici neget. Poppo denique ἐκείνῃ τότε τε coniecit legendum; ipse tamen retinet vulgatam, licet de iusta traiectionis causa desperet, idemque facit Krueg. Equidem eundem particulae τε usum liberiorem, quem modo exhibui, subesse puto. Quare non postulo singula in utroque membro sibi respondentia vel vocem utrique membro communem. Facile talem elicere

possemus, in altero membro delentes τῷ ὕδατι, ita ut ἐκείνῃ sit vox utrique parti communis. Ipsum hoc vero, quum artam membrorum coniunctionem prodat, demonstrat, eum, quem dixi, usum locum habere posse h. l. Itaque coniecturis a viris doctis prolatis non opus est. Ceterum usitatius scriptor per ταύτῃ repetiisset notionem κρήνης; cf. Matth. Gr. §. 472. 2. Non desunt tamen et huius per ἐκεῖνος epanalepsis exempla; cf. Krueg. ad h. l. — II. 44. 2[3] ἰδίᾳ γάρ τε κ. τ. λ. Quae quum sit codicum lectio, usitatae collocationi (ἰδίᾳ τε γάρ) particulas accommodarunt Krueg., Boehm., alii. Poppo vero vulgatam hisce defendit: usitatam collocationem scriptor ideo reliquisse videtur, ut τε non ad solum ἰδίᾳ, sed ad totam sententiam ἰδίᾳ — ἔσονται pertinere significaret. Equidem ex analogia locorum supra §. 28. prolatorum (τάχα ἂν δέ etc.) rem explico, praesertim quum simile τε traiecti exemplum exstet II. 63. 2[3] τάχιστ' ἄν τε πόλιν οἱ τοιοῦτοι ἀπολέσειαν. — III. 56. 2[3] τῷ αὐτίκα χρησίμῳ ὑμῶν τε καὶ ἐκείνων πολεμίῳ. H. l. Kruegero traiectio ansam dedit πολεμίως recipiendi, quo legitima particulae τε collocatio restitueretur. Cum eo faciunt Haas. Lucubr. Thuc. p. 84. et Boehmius. Equidem ob difficultatem, qua in vulgata lectione verba τὸ δίκαιον λήψεσθε laborare, ipse, qui eam defendit, Poppo non negat, ac propter aptam sententiam, quae ex Kruegeri coniectura prodit: pro utilitate vestra et illorum, quippe quos inde vobis conciliare studeatis, (cf. seq. τὸ δε ξυμφέρον, ubi nulla odii mentio fit) non dubito Kruegerum sequi[1]), praesertim quum facile depravari potuerit ΩS in ΩΙ. Ceterum in traiectione non esset, cur haereres, quia similes insunt hisce locis: VI. 87. 5. τὴν κοινὴν τῷ τε δεομένῳ καὶ ὑμῖν νῦν παροῦσαν ἀσφάλειαν (pr. τὴν κοινήν τε). IV. 9. 1. ἀσπίσι τε φαύλαις καὶ οἰσυΐναις (sc. ἀσπίσι) ταῖς πολλαῖς, ubi perperam Kampius Coniectt. p. 21. φαύλαις τε coniecit — IV. 115. 1. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἠμύναντό τε ἐκ φαύλου τειχίσματος καὶ ἀπ' οἰκιῶν ἐπάλξεις ἐχουσῶν. V. 44. 1. πόλιν τε σφίσι φιλίαν—καὶ δημοκρατουμένην. VI. 100. 1. ὅσα τε ἐσταυρώθη καὶ ᾠκοδομήθη. Quod vero Krueg. confert I. 71. 3. ἄνδρας τε φίλους καὶ ξυγγενεῖς, haud scio an ibi τε ad seq. καί (ante ἡμᾶς) spectet, ut VIII. 10. 3[4] θόρυβός τε ἐγένετο

[1]) Quod Poppo putat, minus apte dici „ius hostili animo accipere", Krueg. recte adnotavit, τὸ δίκαιον esse h. l. „das, was als Recht festzustellen ist."

πολὺς καὶ ἄτακτος καὶ κ. τ. λ. Fortasse recte tamen afferimus praeterea IV. 10. 2. *ἐθέλωμέν τε κ. τ. λ.* (ubi Elmsley. coniecit *γε*) cf. Popp. ad h. l. — Addo IV. 120. 3. *ἅ τε ἐν Ἀκάνθῳ καὶ Τορώνῃ*, quo loco, quum Poppo, alii iungant *ἔλεγε φάσκων ἅ τε ἐν κ. τ. λ. καὶ προςέτι*, equidem *καὶ προςέτι κ. τ. λ.* tantum a *φάσκων* pendens facio, quod ut faciamus, suadet collocatio et ratio postea demum, aliis interiectis, verbum dicendi repetendi; cf. II. 5 3[5]. Neque vero *τε* ad *καί* (ante *προςέτι*) refero, sed cum Kruegero ad *καί*, ante *Τορώνην* quod legitur. Quum inde quadret locus ad eos, quos modo attuli, non opus est Kruegeri coniectura *ἅ ἔν τε*. — Denique huc referendus est locus V. 9. 1[2] *ἵνα μὴ τό τε κατ' ὀλίγον καὶ μὴ ἅπαντας κινδυνεύειν ἐνδεὲς φαινόμενον ἀτολμίαν παράσχῃ*, ubi Reisk. apud Abr. p. 500. *τό τε* in *τό γε* mutari vult, Bekkerus *τε* uncis inclusit, sed perperam; cf. Popp. ad h. l. et Krueg. ad II. 2. 3., qui exemplis docuerunt, Thuc. interdum per *τε—καί* distinguere res revera non diversas atque sibi opponere ea, quae revera iuncta sunt; *τε—καί* igitur h. l. recte se habet. Collocationem autem quod attinet, quum *τό* non ad *κατ' ὀλίγον* (de quo cf. Popp. ad IV. 10. 4), sed ad *κινδυνεύειν* pertineat, in *τε* propter articulum post *καί* omissum eadem, quae allatis locis, apparet traiectio. — IV. 32. 1. . . *τοὺς μὲν πρώτους φύλακας—εὐθὺς διαφθείρουσιν ἔν τε ταῖς εὐναῖς ἔτι ἀναλαμβάνοντας τὰ ὅπλα καὶ λαθόντες τὴν ἀπόβασιν*, ubi Reisk. et Haas. luc. Thuc. p. 113. particulas *τε—καί* transponendas censuerunt, equidem cum Krueg. ad Dion. p. 302 et Stud. II. p. 224. seq. *ἔν τε ταῖς εὐναῖς ἔτι* cum *εὐθύς* connecto: „statim et in cubilibus adhuc." — IV. 85. 2[4] *ὑμεῖς — οἰόμενοί τε παρὰ ξυμμάχους — τῇ γοῦν γνώμῃ ἥξειν καὶ βουλομένοις ἔσεσθαι κίνδυνόν τε τοσόνδε ἀνεῤῥίψαμεν, διὰ τῆς ἀλλοτρίας πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἰόντες καὶ πᾶν τὸ πρόθυμον παρεχόμενοι.* Duas particulae *τε* traiectiones hoc enunciatum continet. Etenim, quod post *οἰόμ.* legitur *τε*, cui respondet *καί* ante *βουλομ.*, post *παρά* demum adiectum malis. Hanc vero traiectionem ex mutato sermone explicari posse, concedunt et Haack. nunc et ceteri, qui quidem non cum Arnoldo putant, totum ambitum esse confusum, ita ut ad verbum subaudiendum *ἀφίγμεθα* tria incisa: *οἰόμενοί τε — κίνδυνόν τε ἀναῤῥίψαντες* (cuius loco negligentius verbum finitum positum) — *καὶ παρεχόμενοι* addita sint. Maior tamen difficultas

inest alteri τε, in quo Popponi τοι, aliis γε latere videbatur. Sed respiciendum est partic. παρεχόμενοι, cui ne verbum ἀνερρίψαμεν subiungamus cum Haackio (ad c. 40.), vetat sententia. Quare, simul particulae τε habita ratione, in eam perducor sententiam, ut, sive ζεῦγμα in παρεχόμενοι statuis, sive idem oratione mutata pro verbo finito positum putas, participium παρεχόμενοι par verbo finito atque καὶ—παρεχ. alterum incisum ad κίνδυνόν τε—ἀνεῤῥίψαμεν esse putem, cui utrique per anteced. οἰόμενοι κ. τ. λ. causa addatur. Quae quum ita sint, τε post κίνδυνον positum recte se habet. cf. II. 29. 4[3] Τήρης δὲ οὔτε τὸ αὐτὸ ὄνομα ἔχων βασιλεύς τε πρῶτος ἐν κράτει Ὀδρυσῶν ἐγένετο. (Vide infra ad VIII. 81.) — IV. 109. 1. Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος Μεγαρῆς τά τε μακρὰ τείχη — κατέσκαψαν —, καὶ Βρασίδας — στρατεύει ἐπὶ τὴν Ἀκτήν. Pro τά τε exspectamus τε τά, quod ipsum Haack. coniecit, Bekkero placuit, Popponi arrisit, Krueg. recepit. Contra Arnold. vulgatam retinet. Sane facilius, quam ullo alio loco, vitio particulae h. l. inverti vel in scripturae compendio commutari poterant, unde scribae hanc traiectionem imputes. Sed similes loci sunt III. 81. 1[2] et VI. 94. 2. τούς τε pro τε τούς, atque quod Poppo ad n. l. Haackii coniecturam confirmare studet dicens, non esse verisimile, Thuc. primum de Megarensibus duas res per τε—καί assertas praedicare voluisse, et per se vanum est et de locis, quos modo contuli, aeque contendi potest, ubi tamen retinet Poppo particulam traiectam,[1]) quum Kruegero, magis in hac re sibi constanti, altero loco λαβόντες suspectum sit. Idem valet de VIII. 17. 2. τάς τε pro τε τάς, ubi Poppo cum Haack. retinet τε, Krueg. vero et Bekk. codicem Vatic. secuti reiiciunt — recte quidem h. l. pro Vat. codicis auctoritate. Ipsum vero τά τε pro τε τά occurrit V. 46. 4. — VI. 6. 2. μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐξώρμησαν Ἐγεσταίων τε πρέσβεις παρόντες καὶ προθυμότερον ἐπικαλούμενοι, qui locus facile est inter difficiliores. Etenim, quum praeter Clar. Ven. Ar. codd. omnes h. l. post Ἐγ. exhibeant τε, omnino nihil est in hoc enunciato, ad quod particula spectet. Traiectum potest referri ad seq. καί, ita ut proprius ordo sit: παρόντες τε καὶ προθ. ἐπικαλούμενοι; traiectionis autem nulla apparet causa

[1]) Immo ipse Poppo (ad II. 15. 5) confitetur: Inveniuntur . . etiam . . exempla particulae τε ita traiectae, ut anacolutho vix excusentur.

et haud apte affert Haack. ed. I., verba *'Εγεσταίων πρέσβεις παρόντες* artissime cohaerere. Attamen retinent *τε* Haack., Goell., Poppo, Bernh. Synt. p. 462., Krueg., qui tamen uncis inclusit adnotans: Wohl ein blosses Hyperbaton des *τε*, wenn dies nicht zu streichen ist. Qui quum omnes desperent de ratione particulae, solus Sommer. in Jahn. Annal. phil. nov. I. 3. 4. p. 411. conatus est, per anacoluthon *τε* referre ad huius capitis extrema verba *τῶν τε 'Εγεσταίων καὶ τῶν ξυναγορευόντων αὐτοῖς*. Mea quoque sententia scriptoris menti, dum *τε* scribit, iam obversabantur ii, qui Athenis partibus Egestanorum favebant, sed, priusquam pergat, ut saepius, liberius praevertit ad causas (h. l., cur Egestanorum legati Athenis versentur), ac denique eandem cogitationem per anacoluthon excipiens iam addit, quae supra, ne turbaretur ordo, omiserat: *τῶν ξυναγορευόντων αὐτοῖς*. (Similem locum supra §. 26. exhibui). Aliam loci enucleandi viam equidem non video. — VI. 41. 2[3] *καὶ ἢν ἄρα μηδὲν δεήσῃ, οὐδεμία βλάβη τοῦ τε τὸ κοινὸν κοσμηθῆναι κ. τ. λ.* H. l. Poppo cum Abresch., Haack., Bekk. *τε* in *γε* mutavit. Sed aliter, ac vulgo fit, distinguendum est, ita ut *καὶ ἢν ἄρα—ἐπιτήδειον* uno tenore cohaereant, *τὴν δ' ἐπιμέλειαν —ἕξομεν* autem per parenthesin accipiantur (Kr.). Tunc a *βλάβη* pendent *τοῦ τε — κοσμηθῆναι* atque *καὶ τῶν — διαπομπῶν*, quae ipsa sibi respondere et iungenda esse oratoris eiusdem verba c. 34. *τά τε αὐτοῦ παρασκευάζεσθαι καὶ πέμπεσθαι πρέσβεις* satis declarant. Iure igitur h. l. Dukas, Krueg. retinuerunt *τε*, consentiente Hartung. de part. I. p. 93. — VI. 44. 3. *καὶ πρός τε τοὺς 'Ρηγίνους λόγους ἐποιήσαντο ἀξιοῦντες κ. τ. λ.* Etiam hoc *τε*, quod deest in Cod. Clar. et Ven., varias coniecturas expertum est. Arnold putat, Thuc. scribere voluisse *πρός τε τοὺς 'Ρηγίνους—ἐποιήσαντο— καὶ πρὸς τὰ—πράγματα ἐσκόπουν*, sed alterum membrum mutasse propter interposita *οἱ δὲ οὐδὲ—ποιήσειν*. Saupp. Epist. crit. ad Herm. p. 87. *πρὸς δέ* suspicatur, quod tamen suo iure Krueg. reiecit[1]). Ipse Krueg. cum Poppone *τε* deleri vult. Equidem retineo *τε*, neque tamen cum Arnoldo ad seq. refero, sed explico cum Matth. in Gr. §. 626. p. 1504. Etenim, licet dubitent viri docti de usu particularum *καί—τε* apud Atticos (cf. Reisig.

[1]) Krueg: An sich unpassend; auch müsste ein betonter Begriff vorhergehen, etwa *καὶ πρὸς τοὺς 'Ρηγίνους δέ*.

Coniectt. p. 212. seq.; Hartung. l. c. l. p. 113; Poppo Observv. p. 135 sq.; Saupp. l. c. p. 81 sq.), in Thuc. saltem (cf. Popp. ad I. 9. 3. ed. mai. et min.) tot sunt loci, ut apud illum usus constet, nisi omnes illos cum plerisque viris doctis emendandos esse censeas[1]), id quod eo magis ineptum esse mihi videtur, quia Thuc. in universum liberius particulam τε usurpat neque observat communem Atticorum morem, ex quo semper καί illi respondet. Adamat quippe per τε tota enunciata antecedentibus adiungere (cf. Krueg. ad I. 4.; accedunt loci, ubi εἴ τε (=καὶ εἰ), οὔτε (=καὶ οὐ) occurrunt; cf. Krueg. ad III. 28. 1.; ad Dionys. p. 269.), quibus locis prorsus eadem est particulae ratio, atque in καί—τε, ubi τε connectit enunciatum, καί cumulat. Denique simili modo τε γάρ (=καὶ γάρ) (cf. Homericum γάρ τε, Latin. namque) Thuc. admisit, quamvis etiam hoc, ut Atticis non usitatum, nonnulli (cf. Hartung. l. c. l. p. 115) reiicere conati sint. Ita VI. 17. 5[6] βαρβάρους τε γὰρ κ. τ. λ. per parenthesin leguntur. Blomf. et Bekker, h. l. uncis τε notarunt. Sed audiamus ipsum Popponem, quem modo cum adversariis facere vidimus, disserentem ad IV. 52. 3 ναῦς τε γὰρ κ. τ. λ.: „Verum est quidem, locos VI. 17. VII. 81., ut de dubiis ad VI. 17. adscriptis et I. 12. 2., ubi cf. adn., taceamus, hunc usum (sc. partic.: τε γάρ) Thucydidi vindicandum esse, probabile reddere.“ cf. Klotz. ad Dev. p. 750., Herm. ad Soph. Trach. v. 1015. — VI. 103. 4. καὶ τοὺς στρατηγούς τε—ἔπαυσαν—καὶ ἄλλους ἀνθείλοντο κ. τ. λ. Poppo in scr. discr. ad h. l. adnotavit: aut particulae καί—τε .. hic leguntur, aut, quoniam harum usus dubius est, traiectio statuenda pro καὶ ἔπαυσάν τε τοὺς στρατηγούς. Equidem cum Kruegero τε refero ad καί, quod ante ἄλλους legitur; traiectionem autem non video.

Iam pervenimus ad librum VII. et VIII, ubi saepius fluctuant codd. et alias et in hac particula, itaque, scribarum apparente negligentia, liberius progredi licet, haud omissa codicis Vatic. (vide §. 3.) auctoritate. — VII. 17. 2[3] ὡς οἵ τε πρέσβεις αὐτοῖς

[1]) Hartung. l. c. Solcher Beispiele könnten aus Thucydides eine ziemliche Anzahl zusammengebracht werden; allein ich stehe keinen Augenblick an, für alle diese die Aenderung γε vorzuschlagen. Videmus, γε in hac materia viris doctis esse quasi deum ex machina, cuius ope ad planum omnia perducant, quamvis (cf. Krueg. ad I. 9. 3 etc.) saepius ne aptum quidem sit.

ἧκον καὶ — ἤγγελον (pr. ὡς οἱ πρέσβεις αὐτοῖς ἧκόν τε καὶ etc.) Sed quum in Vat. H. τε desit, iure cum Bekkero et Krueg. mihi videor reiicere. — VII. 20. 1. ex duobus τε (περί τε Πελοπόννησον et Ἀργείων τε) alterutrum omnibus interpretibus suspectum est. Illud (post περί) quum in Vat. H. tantum legatur, retinendum est atque facile explicatur, dummodo traiectione usitata respondens facias καί, quod ante τὸν Δημοσθένην legitur; hoc (post Ἀργείων) quod omnes libri praebent, Kistemakero „referri videtur ad suppressam aut aliter expressam respondentem sententiam: tum infestare oram Laconicam." Sed hoc durius esse anacoluthon, unusquisque videt. Merz. Lect. Xenoph. spec. I. p. 16. explicat: Ἄργος Ἀργείων τε ὁπλίτας. Arnold. (cf. Doederl. de brachylog. p. 16. sq.) τε „etiam" significare vult, sed perperam; cf. Herm. ad Soph. Oed. R. v. 1001. Contra Reisk., Dobr. p. 123., Blomf., Poppo, Krueg. delendum τε censent, Haack. in γε mutavit. Mirum in modum alii numerum τ (= 300) pro τε inferunt. Multis quidem et aliorum scriptorum et Thucydidis locis compendia scripturae numerorum a scribis depravata sunt[1]), sed h. l. de eiusmodi corruptela cogitari non posse elucet infra ex cap. 26. 1. καὶ παραλαβόντες τῶν Ἀργείων ὁπλίτας ἐπὶ τὰς ναῦς, ubi, si certus numerus fuisset, articulus additus esset. Hic ipse tamen locus cum altero c. 20. 3. τὸν Χαρ. τοὺς Ἀργείους παραλαβεῖν κ. τ. λ. confirmat Kruegeri sententiam, παραλαβεῖν pro παρακαλεῖν h. l. legendum esse, nisi forte, id quod mea sententia fert, παρακαλεῖν non vexandum est, verum post ὁπλίτας excidit παραλαβεῖν, id quod et antecedente παρακαλεῖν facile poterat fieri et particula τε indicante factum esse verisimile est. Persuasum enim habeo, nisi verbo ad Ἀργείων τε κ. τ. λ. aut revera suppleto (παραλαβεῖν) aut per ζεῦγμα ex παρακαλεῖν subaudito τε defendi non posse. Verto igitur: quum Argos pervenisset, secundum foedus ad auxilium provocare Argivorumque hastatos in naves adsciscere. — VII. 31. 4[5] καὶ πεντεκαίδεκά τε ναῦς κ. τ. λ. Omiserunt τε h. l. Cass., pr. man. Clar. et γρ. Vatic. etc. Eiici voluerunt Haack., Poppo, Krueg., Reisk. et recte quidem. Con-

[1]) Cf. I. 57. 4[6] μετ' ἄλλων δ' (vulgo δέκα); I. 103. 1. δ' ἔτει (vulgo δεκάτῳ ἔτει); II. 2. 1. ἔτι τέσσαρας μῆνας (vulgo ἔτι δύο (δ' = 4) μῆνας); etc. cf. VI. 43; VII. 16. 2; VIII. 29. 2; 30. 1 et Krueg. ad h. h. l. l.

tra retinuere Bekk. et Goell. defenditque ex nota synchysi Bauer. — VII. 56. 3. προκινδυνεῦσαί τε. H. l. Kruegero τε, quod in omnibus libris legitur, suspectum est. Sed in consensu librorum non est, cur traiectionem deleamus, quam movit mutata oratio. Post καί autem enunciatum dividere per τε—καί adamat Thuc.; cf. VII. 53. 3 etc. — VII. 80. 1. τῶν τε ἐπιτηδείων κ. τ. λ. Krueg. traiectum τε esse putat; at Poppo recte particulam se habere censet, post καί supplens ὅτι. Possis tamen cum Cod. Vat. τε prorsus omittere. — VIII. 4. 1. τήν τε ναυπηγίαν κ. τ. λ.. Poppo: His respondent postea participia καὶ τειχίσαντες καὶ ἐκλιπόντες κ. τ. λ. Mutata est igitur oratio et participia illa valent τῷ τειχίσαι κ. τ. λ. Ad quae Krueg: Kaum statthaft. Ich vermuthe, dass nach ναυπηγίαν etwa καὶ τἄλλα ausgefallen ist. Equidem cum Poppone facio vertens: et quod attinet ad naves aedificandas ligna comparantes, et (ceteris, scil.) Sunium munientes etc., quod in studio Thucydidis imparia iungendi (cf. VIII. 18. 1. etc.) bene ferri potest. — VIII. 5. 2. Ἀλκαμένην τε κ. τ. λ. Krueg. putat non posse τε explicari, nisi διδούς propemodum abundare putes, ideoque uncis τε inclusit. Quod idem accus. Ἀλκαμένην ἄρμ. quoque ad παρεσκεύαζεν refert, ita ut διδούς quasi abundet, uberius confirmavit ad Dion. p. 290. Sed mihi magis arridet Arnoldi et Popponis enodatio: „τε refertur ad ea, quae de navibus sequuntur.“ (pr. Ἀλκαμένην τε διδοὺς καὶ ναῦς δέκα μὲν αὐτὸς ὑποσχόμενος, δέκα δὲ οἱ Βοιωτοί.) Etenim ita per τε—καί connectuntur, quae sunt instrumenta primariae sententiae τοῖς Λεσβίοις παρεσκεύαζε τὴν ἀπόστασιν artiusque cohaerent, quum ex Kruegeri ratione seiungantur, alterique (Ἀλκαμ. τε ἁρμ.) nimia vis iniiciatur. — VIII. 45. 3. Codd. omnes h. l. exhibent: τούτων δὲ Ἑρμοκράτης τε ἠναντιοῦτο μόνος ὑπὲρ κ. τ. λ. (ad quae Haack.: „τε haud dubie in γε mutandum est,“ atque Poppo: „γε ob sequens μόνος ferri non magis potest“); solus Vatic. praebet: τούτων δέ Ἑρμοκράτης στρατηγὸς ὢν ἠναντιοῦτο ὑπὲρ κ. τ. λ. Valla, fortasse Vaticani et alius codicis lectionem, ne quid negligeret, simul exprimens, et „quorum dux Herm.“ vertit et μόνος expressit. — Iam difficultas, quae in τε alterius lectionis inest, monet nos, ut Vatic. Codicis lectionem sequamur, quae per se quoque multo praestat. Etenim ita locus se habet: καὶ τοὺς τριηράρχους καὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων — πλὴν τῶν Συρα-

κοσίων, i. e. aut: praeter Syracusanorum (Blomf. in ed. 2. aut *τοῦ στρατηγοῦ* subaudiri, aut potius *πλὴν τοῦ Συρακοσίων* scribi vult, sed ne opus quidem); *τούτων δὲ κ. τ. λ.* tunc valent: eorum autem dux Herm. — aut: praeter Syracusanos (sc. duces et trierarchos); *τούτων δέ* tunc significant: Ex quibus Hermocrates, ducis munere fungens (quo addito Herm. discernitur a trierarchis) obstitit etc. Ex utraque explicatione, quarum hanc recipio, *στρατηγὸς ὤν* bene se habet. *μόνος* autem nequaquam desideratur. — VIII. 68. 3[2] *καὶ αὐτός τε* (Haack. Bekk. *τε*, Krueg. *δέ*, Goell. *γε* receperunt. Sed cf. quae supra ad VI. 44. 3. disputavi). — Mirum autem, VIII. 76. 4[5] *καὶ δι' ἑαυτούς τε* Popponem et Krueg. retinere *τε*, licet particularum *καί—τε* usum reiiciant. Non quippe respondet illi seq. *καί*, quum *καὶ πρότερον—καὶ νῦν* se excipiant. Haack. vero *δέ*, Saupp. Epist. crit. p. 86. *τούς* coniecerunt pro *τε*. En virorum doctorum inconstantiam et refugia! — VIII. 81. 1. *ἀεί τε* in optimis libris est, in Vatic. solo *καὶ ἀεί τε*. Neutrum ferri posse ratus Poppo coniecit pro *τε* (nisi delendum sit) *ποτε* cum Dobraeo. Krueg. omnes particulas (*καί —τε—καί*) deleri vult. Haack. Vaticanum secutus putat *καί* (ante *ἀεί*), ad *ἔπεισε* referendum, respondere sequenti *καὶ κατῆγον*. Sed recte Poppo: Tunc ambitus verborum fit intricatior. Nihilominus tamen equidem illud *καί* retineo, refero vero ad *ἀεί* sensu cumulativo (cf. *καὶ πάνυ, καὶ μάλα* etc.) Neque *τε* mutatum volo, quum ea, quibus Poppo offendit in hac particula, evitem statuendo notum in *τε* transitum ex participio ad verbum finitum, unde pr. dicendum erat: *καὶ ἀεί τε τῆς αὐτῆς γνώμης εἴχετο—καὶ τέλος—ἔπεισε τὸ πλῆθος*. cf. IV. 100. 1. *ἄλλῳ τε τρόπῳ πειράσαντες καὶ μηχανὴν προσήγαγον*. cf. Popp. ad I. 57. 4.

In universum de materia tractata cf. Schoemann. ad Isaeum p. 325; Bernh. Synt. p. 462; Heindorf. ad Plat. Protag. p. 42.

§. 31. De negandi particulis.

Simul participium atque verbum finitum negaturus Thuc. plerumque participio tantum negandi particulam adiecit. cf. I. 12. 1 *ὥστε μὴ ἡσυχάσασα αὐξηθῆναι*. I. 78. 1; 84. 2; 85. 1; 141. 5[6]; II. 65. 5[8]; III. 22. 2; VI. 33. 1. (Kr.); cf. Mehlhorn. de schem. *ἀπὸ κοινοῦ* p. 14. sq.; Haas. Luc. Thuc. p. 12. Interdum tamen tunc soli verbo particulam addidit, quum antecedens par-

ticipium ea careat. cf. I. 143. 4[5]. ὑπὲρ αὐτῶν ὀργισθέντες, ad quae μή (ante διαμάχεσθαι) supplendum est. Contra ubi negatur solum verbum finitum, non huic sed participio negandi particulam adiecit V. 69. 1, quo loco iam Schol., proprium ordinem πειρασ. μὴ ἀφαιρ. fuisse adnotavit. cf. Herod. IV. 125. 2; Krueg. Gr. §. 67. 8. 4.

Quum μή plerumque ab εἰ iis tantum locis separetur, ubi ad singulas voces spectat (cf. II. 60. 1; 64. 4; III. 55. 2, etc.) atque inter εἰ μή τις et εἴ τις μή idem intersit, atque inter Latin. nisi quis et si quis — non, apparet, insolentius τὶς inter εἰ μή insertum esse I. 72. 2[1] εἴ τι μὴ ἀποκωλύει, ita ut Krueg. h. l. τι uncis incluserit suspicans glossema esse et ἀποκωλύειν h. l. intrans. notionem habere (ut I. 144. 2). Sed similis atque h. l. traiectio occurrit V. 26. 2. εἴ τις μὴ ἀξιώσει. Krueg. quidem putat, huius loci rationem diversam esse, atque μή post τις collocatum esse, ut negandi vis in ἀξιώσει augeatur. Sed hisce nihil profert nisi iustam traiectionis causam; hoc utique constat, pr. εἰ μή τις collocandum fuisse. Deinde in aliis quoque scriptoribus similia reperiuntur; cf. Aesch. Pers. v. 158; Agam 1308; Prom. 196; Soph. Trach. 586. ibid. v. 712. Oed. R. v. 124. et Nauck. ad h. l. Xen. Hell. VI. 4. 2. Plat. Cratyl. p. 433. C.; cf. H. Stephan. Thesaur. ling. Gr. Tom. III. p. 191. sq. ed. rec. Paris. — Quare non est, cur in Thuc. eiusmodi reiiciamus. Accedit, quod similes negandi particulae traiectiones ab eo adhibitas esse constat. Aeque arte, atque εἰ μή (nisi) cohaerent εἰ καί (etsi); atqui et his inseri τὶς, iam supra §. 29. vidimus; praeterea autem negandi quoque particula interponitur; cf. II. 11. 4[6] εἰ μὴ καὶ νῦν ὥρμηνται (pr. εἰ καὶ νῦν μὴ ὥρμ.). Ergo, nisi aliud, analogia confirmat traiectionem I. 72. 2[1] occurrentem.

Ex scriptoris studio orationis mutandae orta est traiectio, quae invenitur I. 71. 1 in οὐ τούτοις. H. I. ex primi membri ratione in altero exspectamus: ἀλλ(ὰ τούτοις) οἳ ἂν — νέμωσιν, at scriptor inchoans sententiam generalem postea rem transfert ad id, quod agitur, Lacedaemoniosque quos subintelligere debebat in altero membro, ipsos nominat. Unde factum est, ut, quomodo nunc verba leguntur, οὐ ante οἴεσθε potius collocandum fuisse videatur. — V. 22. 2. νομίζοντες ἥκιστα ἂν σφίσι τούς τε Ἀργείους, ἐπειδὴ οὐκ ἤθελον κ. τ. λ., νομίσαντες αὐτοὺς ἄνευ Ἀθηναίων οὐ δεινοὺς εἶναι fortasse οὐ abesse quis velit. Sed h.

l. post epanalepsin, quae ibi sane mira est, *οὐ* excipit et repetit *ἥκιστα*, itaque recte se habet.

Magnam dubitationem nonnullis movit ratio particulae *μή* l. 77. 2[3]. *παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι*, de quo loco multum iam disputatum est. Krueg. hoc iudicium fert: „Was da steht, halt' ich für ungethümlich" atque aut *μή* elidendum, aut *πη* ei substituendum censet. Putat quippe, negandi particulam coalescere cum *οἴεσθαι* ad unam notionem, sicut in *φάναι*, *ἀξιοῦν*, ita ut sensus sit: wider ihren Unglauben, Zweifel, dass es geschehen müsse. Aliter sentit Seidlerus, qui adscripsit: *μή* pertinet ad *χρῆναι*; „contra quamopinantur fieri non debere." Ceteri, qui de h. l. suffragium tulerunt: Poppo, Bonitz. Symb. ad expl. Th. p.20.sq., Hartung. de part. II. p. 170, Matth. Gr. §. 534. b. not. 5. Nro. 7., ad *οἴεσθαι μή* additum esse censent, idque propter vim negativam praepositionis *παρά*, in comparationem vocantes Demosth. in Mid. p. 572. b. *πολλὰ γὰρ πρὸ τοῦ μὴ τὸ σῶμα ἕκαστον ὑβρίζεσθαι πεποιήκασιν οἱ νόμοι.* (cf. Buttmann. ad h. l. et eiusdem excurs. XI. ad hanc orat.). Sed huius quidem loci ratio alia mihi esse videtur. *Μή* enim h. l. mea sententia vere negativum est (non abundat); cf. Thuc. VI. 38. 4[5] *ὁ δὲ νόμος ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι ὑμᾶς κ. τ. λ. ἐτέθη*, atque verto: Multis enim praecaverunt leges, ne cuiusvis corpus contumelia afficiatur," vel, ut accuratius nostra lingua singula verba exprimam: Die Gesetze haben viel dafür gethan, dass nicht Jemand am Körper misshandelt würde. Equidem igitur *πρό* h. l. sensu *ὑπέρ* accipio, contra Buttmann., quocum faciunt ceteri (Matth. Poppo etc.) exquisitiorem explicationem sequitur vertens: „multa instituerunt leges (quae fieri debent) antequam i. e. potius quam corpus cuiusvis contumelia afficiatur", quae languida esse patet. Quare illo Demosthenis loco nihil probari iure contendere mihi videor. Alium autem praeterea locum, quo confirment sententiam suam, Matth. et Hartung. non afferunt, atque, licet perraro inveniri *χωρὶς τοῦ μή*, *ἄνευ τοῦ μή* etc. abundante negandi particula haud infitias iverim, bonorum saltem Atticorum pedestris orationis scriptorum nullus eiusmodi locus mihi innotuit, ubi ad infin. a praepositione negativa pendentem abundans *μή* accedat. Sed h. l. fortasse in medium protuleris — *παρά* explicans per *ἄλλως ἤ* — usum Graecorum, post *ἤ* abundantem adiicere negationem, quae mente tantum volvitur, non vero

(pro nostrae quidem linguae usu) ipsis verbis; cf. Thuc. II. 62. 4[3]; III. 36 3[4]; Herod. IV. 118. V. 94. VII. 16. Demosth. c. Mid. p. 537., de quo disseruerunt Koen. et Bast. ad Greg. Cor. Att. 44; Hermann. ad Viger. p. 801.; Lobeck. ad Soph. Ai. p. 462.; Buttm. l. c. exc. XI. p. 144.; Hartung l. c.; Krueg. Gr. §. 49. 2. 4. Hoc autem quum per se nimis longe petitum est h. l., tum, ad praepositionem *παρά* num iure transferatur, dubium est et propter ea, quae modo disputavi, et quoniam in *παρά* h. l. stricte non valet ratio diversi (aliter ac) sed contrarii. Missis igitur argutiis, cum Seidlero, Boehmio, Classenio *μή* h. l. ad *χρῆναι* refero eaque ratione ad *οἴεσθαι* additum esse puto, qua omnino Graeci negandi particulas ab infinitivo ad ipsum verbum sentiendi et dicendi solent transferre; cf. VI. 36. 1 *εἰ μὴ οἴονται ἔνδηλοι εἶναι* (si putant, se non manifestos esse); cf. I. 136. 4. II. 89. 1. III. 44. 4. etc. Krueg. Gr. §. 67. 1. 2. Qui usus quum h. l. etiam accedente ad *οἴεσθαι* praepos. negativa nequaquam tollatur, in ea, quam dixi, explicatione mihi acquiescendum videtur. Unde sic explicabis locum: *ἤν τι παρὰ τὸ οἴεσθαι μὴ χρῆναι* (sc. *ἐλασσωθῆναι*) — *ἐλασσωθῶσιν* i. e. ‚si contra opinionem suam, scil. non debere se deminui, tamen deminuti sint'.

Ut Krueg. eo, quem modo tractavi, loco iniuria sustulit negationem, ita Bekker. VI. 40. 2. *εἰ μή τι αὐτῶν ἀληθές ἐστιν, ὥςπερ οὐκ οἴομαι* haud suo iure *μή* in *δή* mutavit, quum alii viri docti in seq. *οὐκ* haereant, Stephan in Thes. vol. V. 2341 ed rec. Paris. illud abundare putet, Franz. ad. Lys. p. 258 in *οὖν* mutari velit. Sed *μή*, recte iam Schol. monente, sententiam opponi anteced. *εἰ ἔρχονται 'Αθην.*, omitti nequit, *οὐκ* vero facile illustratur, si ad *ὥςπερ οὐκ οἴομαι* subaudiveris: *ἐλεύσεσθαι αὐτούς*, vel ex proximis *τι ἀληθὲς εἶναι* qualis reticentia usitata est Thucydidi. — Perverse etiam VIII. 46. 4[3] nonnulli (Arnold. Krueg.) neg. particulae corruptelam subesse putant (Reisk. pro *ἢν μή* ‚*ἢν δή*' coniecit). Recte Haack. utramque negationem retinuit et cum eo Poppo.

Alieno vocabulo neg. particula adiecta est III. 37. 2. *οὐκ ἐπικινδύνως ἡγεῖσθε ἐς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἐς τὴν τῶν ξυμμάχων χάριν μαλακίζεσθαι*, ubi *οὐκ* ad *ἡγεῖσθε* pertinere propriumque ordinem fuisse: *οὐχ ἡγεῖσθε* (Krueg.: ihr verkennt) *μαλ. ἐπικ. ἐς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἐς — χάριν* iam Schol. vidit. Similis est locus VI. 14. 1. *νο-*

μίσας—τὸ μὲν λύειν τοὺς νόμους μὴ μετὰ τοσῶνδ' ἂν μαρτύρων αἰτίαν σχεῖν, ubi verba pr. sic debebant collocari: *τὸ λύειν τῶν νόμων μὴ σχεῖν αἰτίαν μετὰ τοσ. μαρτ.* (sc. *γενόμενον*), quia sensus est: „culpa te vacaturum etiam si solveris leges, quia hoc feceris cum (coram) tam multis testibus, arbitris et sociis.“ (Bauer.) cf. VI. 29. 2. Aeschyl. Agam. v. 477.

Familiaris Thucydidi est usus neg. particulam ad nomen pertinenten articulo vel praepositioni anteponendi; cf. I. 78. 1 *βουλεύεσθε—ὡς οὐ περὶ βραχέων*, ubi exspectaveris: *ὡς περὶ οὐ βρ.* Sed h. l. malim assentiri Sintenis. ad Plut. Them. 1., qui *βουλόμενοι* ad *ὡς οὐ* subaudiendum censet, qua re evitatur inversio. Etenim ad breviloq. Thuc. (cf. I. 77. 2. 80. 1. 82. 1. etc.) hoc optime quadrat. — I. 91. 4[7] *μὴ ἀπὸ* (pr. *ἀπὸ μὴ*) *ἀντιπάλου παρασκευῆς*. I. 141. 5[6]. II. 102 .3. (cf. VII. 36. 3. et Krueg. ad h. l.). III. 57. 1. 62. 3[4] 67. 1[2]. VI. 68. 4[3] *οὐκ ἐν πατρίδι* (pr. *ἐν οὐ πατρίδι*) i. e. in terra (non patria) aliena, quo loco Dobr., parum compertum habens hunc usum, male coniecit *ἐν οὐ πατρίδι*, quae coniectura iam inde refutatur, quod etiam alii scriptores eodem modo usurparunt *οὐκ ἐν καιρῷ, οὐκ εἰς μακράν* etc. cf. Krueg. Gr. §. 67. 10. 4. Neque vero, id quod Poppo Prolegg. l. c. videtur statuere, recte monente Hartung. l. c. II. p. 178., traiectio hisce inest; immo vero etiam Hartungii sententia mihi displicet, quam protulit l. c. de hoc usu dicens: Stehen dieselben (die Negationen) vor dem Artikel, so gehören sie nicht zum folgenden Substantiv, sondern verlangen, dass bei ihnen das zunächst stehende Verbum supplirt werde, z. B. *φθέγγειν μή* (*φθέγγοντα*) *τὰ καίρια*, reden, ohne das Schickliche zu reden. Mea quidem sententia plerumque nihil, nisi litotes, quae vocatur, subest, Thucydidi potissimum usitatissima (vide I. 5. 1 VI. 10. 2[3]; VIII. 100. 3. etc.). cf. Sintenis. l. c., Braun. de hyperb. Plat. II. p. 15. Quae quum locis modo allatis minus offendat, durior est adiectis praepositionibus adhibita; cf. Eurip. Phoen. v. 540.

Οὐκ εὖ λέγειν χρὴ μὴ 'πι τοῖς ἔργοις καλοῖς, quo loco *μὴ καλοῖς* cohaerent. Egit de hac re exemplaque ex diversis scriptoribus contulit Krueg. Gr. l. c.—Eodem haud scio an quis retulerit V. 8. 2[3] *ἄνευ προόψεώς τε αὐτῶν καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ ὄντος καταφρονήσεως* vertens cum Kruegero: und ohne Verachtung wegen des nicht Vorhandenen, der Mängel in der Bewaffnung. Sed

hic locus adeo non est planus, ut omnes interpretes frustra acumen in eo exercuisse censeat Poppo, qui ipse desperat de eo omni ex parte enucleando. Quod Haack. ed. I. putavit, particularum *τε—καί* collocationem lucem afferre, quo referendum sit *καταφρ.*, nihil est. Ut missis ambagibus statim, non quid falsum, sed quid verum mihi esse videatur h. l., proferam, fateor mihi arridere coniecturam Driessenii (l. c. p. 40. sq.) *καὶ μετὰ μὴ ἀπὸ τοῦ ὄντος καταφρ.* („et si contemneretur, non propter id quod esset (imperitiam et vilem armaturam), i. e. sine causa contemneretur.")

Transeo iam ad insolentiorem traiectionem, quae occurrit VI. 18. 2. *τὸν γὰρ προὔχοντα οὐ μόνον ἐπιόντα τις ἀμύνεται, ἀλλὰ καὶ μὴ ὅπως ἔπεισι προκαταλαμβάνει.* Notum est, *μὴ ὅπως* significare: „ne dicam, non modo"; cf. Krueg. Gr. §. 67. 14. 3. Sed h. l. non quadrat haec notio, neque ad *προκαταλαμβ.* *μή* aptum est, verum postulat sententia *ὅπως μὴ ἔπεισι.* Atqui nullus codex, nisi correctus D. pravus, praebet h. l. particulas legitimo ordine scriptas. Quae quum ita sint, interpretum alius aliam quaesivit loci medicinam. Haack. *μή πως* legendum censuit, Blomf. ed. II. et Krueg. *ὅπως μή* receperunt, Poppo denique *ὅπως* delendum esse suspicatur, quod ex Rost. Gr. §. 122. 10. b. et adn. 5. solum *μή* h. l. sufficiat. Ita sane ad planum perducimur. Sed quid codd.? Equidem *μή* quippe in quo sita sit vis, particulae *ὅπως* antepositum esse puto ea ratione, qua singulae voces, quo maiore vi extollantur, coniunctioni saepius anteponi supra §. 24. vidimus. Lege igitur: *ἀλλὰ καί, μὴ ὅπως ἔπεισι, προκαταλαμβάνει.* Temerariam quidem ita statuimus traiectionem, sed quae Thucydidi saltem concedenda esse videatur.

Non minus difficultatis praebet IV. 14. 2, quo de loco multum iam varias in partes viri docti disputarunt. Codicum lectio h. l. est: *καὶ ἐν τούτῳ κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἕκαστος, ᾧ μή τινι καὶ αὐτὸς ἔργῳ παρῆν.* (Blomf. in codd. collat. adnotavit: In vetusto cod. Clarend. archetypo scriptum suspicor *μή τις*, quod quanti aestimandum sit, satis superque ipsa verba produnt). Quae quum ita sint, quaeritur, num ferri possit haec lectio, necne, vel, quomodo explicanda sit. Arnold., alii *ᾧ μή τινι* pro legitimis *ᾧ τινι μή* posita esse putant, itaque ex particulae *μή* traiectione locum explicant. Multo facilius locum expedivit Krohl. Quaest. Thuc.

l. p. 8., iuncta *τινι ἔργῳ* a *παρῆν* pendere et per *ᾧ* (pr. *ἐν ᾧ*) antecedens *ἐν τούτῳ* excipi putans. Cui explicationi non obstare omissam ante *ᾧ* praepos., intelliges ex l. 28. 2; cf. Krueg. ad h. l.; Gr. §. 51. 11. 1. De pron. *τὶς* autem nomini anteposito cf. supra §. 16. Eodem modo iam Schol. locum explicavit et Krueg. vertens: Dabei, glaubte jeder, sei ein Hinderniss eingetreten, wobei nicht auch er irgend welcher Begebenheit beigewohnt, Theil daran genommen habe. Equidem paullo aliter explico. Etenim *ᾧ*, spectans ad *ἐν τούτῳ*, a *παρῆν* pendens facio, *τινι ἔργῳ* autem pro dativo instrum. accipio vertens: In eo putabat impeditam rem esse (non procedere), cui non et ipse aliquo facto (durch irgend eine Hülfeleistung) interfuisset, id quod mihi fortius esse videtur. Poppo quidem obscurum illud esse dicit comparansque II. 8. 3[4] *ἐν τούτῳ τε κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἑκάστῳ τὰ πράγματα, ᾧ μή τις αὐτὸς παρέσται* pro *τινι* nostro loco coniecit *τις* legendum. Sed hunc locum ad illius normam mutare nec licet, quia differt ab illo pluribus vocibus, neque opus est, quia in eo nihil offendit confitente ipso Poppone. — Negationis igitur traiectio prorsus abest ab h. l.

V.

De maiorum orationis partium collocatione.

§. 32.

Primum enunciata primaria in alieno loco posita quod attinet, Krueg. IV. 118. 1. *τοῖς μὲν Λακεδαιμονίοις — προςκηρυκευόμενοι* alieno loco inserta atque *ταῦτα* in *τάδε* mutato ante *περὶ μὲν τοῦ* collocanda aut, verbis *τοῖς μὲν — ξυμμάχοις* exsectis, cetera ante *εἰ δέ* §. 7[9] inserenda esse putat. Variae omnino de totius huius capitis dispositione prolatae sunt sententiae. Multi omnia, quae ab initio capitis usque ad *ἐν. ἔσονται* leguntur, compositionem a Laced. perscriptam putant esse, quam sequatur Atheniensium confirmatio. Vide Arnold. ad h. l. Favent huic sententiae verba *εἰ δέ τι ὑμῖν κ. τ. λ.* Sed quo modo tunc in anteced. interposita *τοῖς μὲν Λακεδ. ταῦτα δοκεῖ κ. τ. λ.* porroque *περὶ μὲν οὖν τούτων ἔδοξε Λακεδ. κ. τ. λ.* explicabis? Profecto iure suo Krueg. illam sententiam secutus haec verba aut in

alio loco collocanda esse aut mendum continere censet. Equidem recipiens ea, quae in Cod. Aug., aliis §. 3[4] post *ξυμμάχοις*, ubi lacunam esse etiam Krueg. concedit, leguntur: *κατὰ ταῦτα· τάδε δὲ ἔδοξε Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις* cum Hoffmanno facio, qui primas induciarum conditiones aut a mixtis Athen. et Laced. legatis aut a solis Atheniensibus scriptas putat contineri §. 3. 5—8. 10. extr. *αἱ δὲ—ἔσονται*. Deinde quae a concione Laced. et sociorum addita essent, interposita esse §. 2. 4. 9. 10. init. usque ad *κελεύετε*. Haec omnia (§. 1—10. extr.), ut de quibus Lacedaemonii consentirent, Lacedaemone Athenas missa esse; deinde ibi id plebiscitum factum, quod §. 11. seq. legeretur. (Pp.) Atque si quidem inter mixtos utrorumque legatos de conditionibus convenisse easque tunc primum ad Laced. missas esse, putamus haud male se habent adiecta in fine a Lacedaemoniis *εἰ δέ τι ὑμῖν κ. τ. λ.* Quae quum ita sint, altera explicatio, ex qua turbata et inversa esse complura verba statuas opus est, temeraria et perversa mihi esse videtur.

Transeo iam ad enunciata secundaria. Interdum relativum enunciatum a voce, ad quam pertinet, nimis remotum est. cf. VI. 104. 3[2] *ἁρπασθεὶς ὑπ' ἀνέμου κατὰ τὸν Τεριναῖον κόλπον, ὃς ἐκπνεῖ ταύτῃ μέγας κ. τ. λ.* (Schol. ad *ὅς*: *οὐχ ὁ κόλπος, ἀλλ' ὁ ἄνεμος*). Simili modo VIII. 48. 1. *πολλὰς ἐλπίδας εἶχον αὐτοί τε αὑτοῖς οἱ δυνατοὶ τῶν πολιτῶν τὰ πράγματα, οἵπερ καὶ ταλαιπωροῦνται μάλιστα, ἐς αὐτοὺς ποιήσειν ,ο"περ κ. τ. λ.*', quum ad *οἱ δυνατοί* pertineant, alieno loco adiecta sunt. — Etiam alia enunciatorum genera traiectiones experta sunt. Ita I. 82. 3[2] *διελθόντων ἐτῶν δύο καὶ τριῶν ἄμεινον ἤδη, ἢν δοκῇ, πεφραγμένοι ἴμεν ἐπ' αὐτούς* verba *ἢν δοκῇ*, quum ad *ἴμεν ἐπ' αὐτούς* pertineant, post *πεφρ.* pr. collocanda erant. — Propter traiectionem, quae toti loco inest, VI. 37. 1. *τῆς νῦν στρατιᾶς, ὥς φασιν, ἐπιούσης* (pr. *τῆς νῦν, ὥς φασιν, ἐπ. στρ.*) etiam *ὥς φασιν* non in suo loco posita sunt. — Propter vim suam interdum enunciatum rectum anteponitur regenti. cf. III. 69. 2. (vide supra §. 28.) VI. 76. 1. *δείσαντες — πρίν τι καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι, μὴ ὑμᾶς πείσωσιν* (pr. *μή, πρίν—ἀκ., ὑμᾶς πείσ.*). VII. 50. 4. et Schol. ad h. l.

Maxime autem parentheses collocationis insolentias continent. Ita ipsa parenthesis saepius alieno loco inserta est. cf. III. 57. 1, ubi verba *οὐ γάρ—μεμπτῶν* pr. post. *ὁρᾶτε ὅπως κ. τ. λ.* po-

nenda erant. Sed cohaeret hoc cum usu (Herodoti et) Thucydidis sententiam causam alterius continentem huic anteponendi, de quo cf. Matth. Gr. §. 615. Thuc. I. 31. 104. 135. 137. III. 70. IV. 67. etc. Vide supra §. 26. Paullo alia est res IV. 43. 2[3] *οἱ δὲ ὑποχωρήσαντες πρὸς αἱμασιὰν (ἦν γὰρ τὸ χωρίον πρόσαντες πᾶν) βάλλοντες τοῖς λίθοις καθύπερθεν ὄντες καὶ παιωνίσαντες ἐπῄεσαν αὖθις*, ubi parenthesis, seq. *καθύπερθεν ὄντες* illustrans, et anteposita et separata est ab hisce. Eadem fere traiectio subest IV. 72. 3[2], ubi verba *ἐν γὰρ τῷ—ἐπῆλθεν*, quum causam ad solum *ἀπροςδοκήτοις* contineant, postea demum enunciato asserta sunt. — V. 17. 3[2] *καὶ ψηφισαμένων πλὴν Βοιωτῶν καὶ Κορινθίων καὶ Ἠλείων καὶ Μεγαρέων τῶν ἄλλων ὥςτε καταλύεσθαι (τούτοις δὲ οὐκ ἤρεσκε τὰ πρασσόμενα) ποιοῦνται τὴν ξύμβασιν.* Per *τούτοις* h. l. intelliguntur ii, qui dissenserant, scil. Boetii, Corinthii et Elei, non vero proxime ante *τούτοις* nominati ‚*ἄλλοι*' quare accuratius post *Μεγ.* scriptor parenthesin interiecisset. — VI. 29. 1. *ἤδη γὰρ κ. τ. λ.*, quibus illustratur antecedens *πρὶν ἐκπλεῖν*, sequentibus, quae arte cohaerent, interposita sunt. — De talibus cf. Popp. ad Xen. Cyrop. I. 2. 9. — Tum parenthesi saepenumero admixta sunt, quae ei pr. non erant inserenda. Huc pertinent maxime ii loci, quibus attractio, quam supra §. 26. tetigi, inest: I. 72. 1; I. 115. 4. etc., similisque hisce est locus VII. 48. 2. *καὶ ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι, ἐπεκηρυκεύετο ὡς αὐτόν*, ubi primarii enunciati subiectum cum causali enunciato conglutinatum est. — Finita parenthesi interdum alio modo, ac coepta erat, structura continuatur, omninoque turbata post complura alia interiecta oratio per anacoluthon procedit[1]). Supra iam §. 26. et 30. eiusmodi locos exhibui; cf. Krueg. Stud. II. p. 216; allatis adnumera IV. 73. 4, ubi verba *οἱ γὰρ Μεγαρῆς* post multa interposita accuratius denique repetuntur per *οἱ τῶν φευγόντων φίλοι Μεγαρῆς* pertinentque ad verbum *ἀνοίγουσι τὰς πύλας*. Prorsus similis locus exstat VIII. 99. 1., ubi verba *οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ Πελοποννήσιοι* post maiorem parenthesin cor-

[1]) De vulgari epanalepsi non loquor; adnoto tamen, interdum etiam post pauca interiecta eam adhiberi cf. V. 22. 2., atque haud suo iure Ullrichium (symbol. ad explic. Thuc. III. p. 8) de ea, quae V. 91. 1. occurrit, dubitasse. cf. Krueg. ad h. l.

recta quasi et definita iterantur per ὁ Μίνδαρος—ἄρας ἀπὸ τῆς Μιλήτου κ. τ. λ., pro exercitu ducis nomine posito. — Aliis locis solis particulis anacoluthia efficitur; cf. IV. 132. 2. καὶ ἐτύγχανε γὰρ τότε Ἰσαγόρας μέλλων—πορεύσειν—, ὁ δὲ Περδίκκας διεκώλυσε τὸ στράτευμα. Dobr. et Krueg. h. l. δέ reiiciunt, Poppo vero defendit. Confirmatur illorum sententia similibus locis III. 70. 3. 107. 3. VII. 48. 3. etc. cf. Krueg. ad I. 31. 2. Nihilominus equidem δέ reiicere h. l. non ausim. Namque quum ex sententia optime se habet propter oppositionem, quae enunciatis subest, tum, quod anacoluthon attinet, saepius post parenthesin per anacoluthon omnino inseri solet. Nolo afferre II. 46. ἆθλα γὰρ οἷς κεῖται—,τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσιν, quum non omnes h. l. cum Buttm. et Herm. ad Soph. Phil. 87. τοῖς δέ legant, sed aliis cum Matth. Gr. §. 470. 2. τοῖςδε praestare videatur; cf. Krueg. ad h. l. — cf. Popp. ad I. 11. 1.[1]) Constat tamen usus VIII. 29. 2: Ἑρμοκράτους δὲ ἀντειπόντος — (ὁ γὰρ Θηραμένης—μαλακὸς ἦν περὶ τοῦ μισθοῦ) ὅμως δὲ — πλέον — ἢ τρεῖς ὄβολοι ὡμολογήθησαν. De simili aliorum scriptorum usu cf. Herm. ad Vig. p. 847. Wolf. et Weisk. ad Xen. Hell. I. 3. 20. Denique I. 72. 1. (vide supra §. 26.) nisi maiorem statuis parenthesin, καί simili anacoluthia insertum est. Addo VII. 33. 2: σχεδὸν γάρ τι ἤδη πᾶσα ἡ Σικελία πλὴν Ἀκραγαντίνων (οὗτοι δ' οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ἦσαν) οἱ δ' ἄλλοι ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους μετὰ τῶν Συρακοσίων οἱ πρότερον περιορώμενοι ξυστάντες ἐβοήθουν, quo loco propter interiectam parenthesin scriptor οἱ δ' ἄλλοι, quae prorsus omissa velis, per anacoluthon adiecit, adversativae particulae ratione ex parenthesi petita. cf. Krueg. ad Xen. Anab. I. 8. 13.

§. 33.

Restat, ut recenseam locos, quorum universa structura et maxime alterum membrum praeter regulam videtur defluere. — Mutatae in altero membro orationis exempla iam supra §. 30. plurima contuli. Adde VI. 77. 2; VII. 13. 2; 15. 2; VIII. 78. cf. Popp. ad hos locos. Sunt tamen complures loci, quibus per-

[1]) Exemplis particulae δέ in apodosi positae ibi collatis adde VIII. 70. 1. cf. Fritzsch. ad Luci. p. 47.

verse interpretes sibi visi sunt invenire turbatam structuram. Ita minus recte nonnulli haeserunt in IV. 36. 3, quem locum Krueg. ad Dion. p. 269. optime enodavit, VII. 84. 3[2] cf. Popp. ad h. l., VIII. 47. 2, quem locum recte iam Bauer. enucleavit, etc. — Adhuc sub iudice lis est de structura loci V. 20. 2. σκοπείτω δέ τις κατὰ τοὺς χρόνους καὶ μὴ τῶν ἑκασταχοῦ ἢ ἀρχόντων ἢ ἀπὸ τιμῆς τινος τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ προγεγενημένα σημαινόντων πιστεύσας μᾶλλον. Perperam Hoffmann. h. l. verborum hunc constituit ordinem: τῶν ὀνομ. τὴν ἀπαρ. τὴν τῶν ἑκασταχοῦ ἀρχόντων ἢ τὴν ἀπὸ τιμῆς τινος ἑκασταχοῦ οὖσαν. Neque Popponis sententia placet, qui ὀνομάτων ex ἀπαρίθμ., τῶν ἑκασταχοῦ … τινος aut ex ὀνομάτων, aut una cum hoc ex eodem ἀπαρίθμ., denique hoc ex superiore κατά pendere putat. Etenim prorsus tunc languent adiecta πιστεύσας μᾶλλον. Quare iure Krueg. in hac explicatione non acquiescit. At quod ipse meliorem non proferens vitium loco subesse putat, in hoc quidem mihi non magis acquiescendum videtur. Equidem ita singula iunxerim: Ad τὴν ἀπαρίθμ. quum possis mutata syntaxi ex ipso σκοπείτω pendens facere, subaudio κατά atque verbum σκοπείτω; porroque, quum τῶν ἑκαστ. — τινος genitivos ad τὴν ἀπαρίθμ. referam, τῶν ὀνομ. —σημαιν. pro genit. absol. accipio. Inde verto: „spectet autem aliquis secundum tempora et non secundum eorum, qui singulis in civitatibus aut magistratus gerunt aut honore aliquo funguntur, enumerationem, magis fidem habens, si nomina illa notae rerum ante gestarum sunt.“ Quodsi ita locum intelligimus, emendatione non opus est, quam Poppo, alii proposuerunt. — Sine dubio autem VIII. 71. 1, qui locus laborat confusione (cf. Krueg. ad Dion. p. 268 sq.), cum Dobraeo mihi emendandus videtur, ita quidem ut verba τὴν πόλιν οὐχ ἡσυχάζειν — ineptum glossema — reiiciantur et sequens οὐδέ in οὔτε mutetur, cui respondeat postea εἴ τε. — Rursus vero iniuria Poppo anacoluthon sibi visus est invenire VII. 69. 3[2] in verbis: ἄλλα τε λέγων κ. τ. λ. cf. Krueg. ad h. l. Verte: aliaque dicens, quae in tali iam discrimine versati homines non evitantes, licet cui videantur ieiuna dicere, protulerint, talia scilicet, quae vel pro omni occasione similia respectu feminarum etc. proferri solent, sed, quae in praesenti perturbatione utilia

esse rati pronunciant. Paullo intricata sane, sed nequaquam confusa est huius loci structura.

Denique in medium profero VIII. 27. 2: *ὅπου γὰρ ἔξεστιν ἐν ὑστέρῳ σαφῶς εἰδότας, πρὸς ὁπόσας τε ναῦς πολεμίας καὶ ὅσαις πρὸς αὐτὰς ταῖς σφετέραις, ἱκανῶς καὶ καθ' ἡσυχίαν παρασκευασαμένοις ἔσται ἀγωνίσασθαι, οὐδέποτε τῷ αἰσχρῷ ὀνείδει εἴξας ἀλόγως διακινδυνεύσειν.* Ut aliorum sententias omittam, Heilmann. h. l. *ἔσται* expungendum esse censet atque cum eo faciunt Blomf., Bekker., Poppo., Krueg. (Dobr. *ἔξεστιν* reiecit.) Sed haud bene alterutrum deesse mea sententia potest. Namque verba *ἱκανῶς καὶ καθ' ἡσυχίαν παρασκευασαμένοις* non referri possunt pro sententia ad anteced. *πρὸς ὁπόσας κ. τ. λ.* (cf. Heilm.), verum ad *ἔσται ἀγωνίσ.* pertinent; quam ob rem, si *ἔσται* deesset, in iisdem verbis *ἔξεστιν ἀγωνίσασθαι* commutarentur casus, modo accusativo (*εἰδότας*), modo dativo (*παρασκευασαμένοις*) posito, id quod perquam mirum esset. Sin vero *ἔξεστιν* post interiecta *πρὸς ὁπόσας . . . σφετέραις* (ad quae pro nota scriptoris breviloquentia subaudias *ἀγωνιστέον* ex seq. *ἀγωνίσασθαι*) repeti et excipi per *ἔσται* putamus, optime ferri potest casuum illa commutatio. Verbi autem talis repetitio non admodum est insolens. cf. V. 22. 2. *νομίζοντες ἥκιστα ἂν σφίσι τούς τε Ἀργείους, ἐπειδὴ οὐκ ἤθελον . . . ἐπισπένδεσθαι, νομίσαντες αὐτοὺς ἄνευ Ἀθηναίων οὐ δεινοὺς εἶναι κ. τ. λ.*, quem ad locum Poppo contulit Xen. Cyrop. VII. 2. 24: *ἀγνοῶν ἄρα ἐμαυτὸν . . . ταῦτ' οὖν ἀγνοήσας δικαίως, ἔφη, ἔχω τὴν δίκην.* cf. ibid. IV. 2. 3. Popp. Ind. ad Cyrop. s. v. Repetitio.

Atque sic intellecto loco nostro coniectura non opus est.

ɔe kept